

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. DINDORFII ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.

PARS III.

AGATHIAS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXVIII.

G 847(1)

✓



Handwritten text, possibly "B. ..."

AGATHIAE
MYRINAEI
HISTORIARUM
LIBRI QVINQUE

CUM VERSIONE LATINA ET ANNOTATIONIBUS
BON. VULCANII.

B. G. NIEBUHRIUS C. F.
GRAECA RECENSUIT.

ACCEDUNT
AGATHIAE EPIGRAMMATA.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXVIII.



IMMANUELI BEKKERO

**SUMMO IN RECENSENDIS GRAECORUM
SCRIPTIS ARTIFICI**

UT APUD POSTEROS AMICITIAE MONUMENTUM EXSTET ET

NOVA BYZANTINORUM EDITIO FAUSTO OMINE PRODEAT

HANC AGATHIAE RECENSIONEM DEDICAT

B. G. NIEBUHRIUS.



P R A E F A T I O.

Agathiae historiarum, non magnae mollis libri, nunc demum prodire editionem, Bonnensis historicorum Byzantinorum collectionis principium, nemo aequus reprehendet, dummodo compererit quam arduae nobis hoc opus aggredientibus obstiterint difficultates. Etenim in oppido, ex cuius prelis typographicis nunquam antea exisset paulo grandior liber graecus, neque typorum compositores in hoc genere satis exercitati aderant, neque correctores sphalmatum usu docti, qui, moderante Schopeno, manumque ultimam operi admovente, satis accurate gnauiterque in hoc labore versarentur. Itaque tardissime progressi sumus. Est tamen quo nos solemur: nam ingenti taedio ac labore hoc certe perfecimus ut nullum paulo grauius relictum sit mendum in graecis, atque in scholiis criticis: nam de versione latina, quam abiciere maluissem, ego certe parum fui sollicitus. Reliqua illa quum Schopenus, ab aliis his correctis, emendasset, ipse quanta potui cura per singulas litteras recognoui. Iam vero in posterum haec aerumnae aut superatae sunt aut certe valde imminutae; invento viro erudito et impigro qui correctioni plagularum totum sese dabit; ita quidem, ut Schopeno nihil amplius curandum remaneat quam quod aliis laboribus obsitus exsequi possit.

Agathiam edendum ab initio mihi ipsi sumpseram: quo tempore de huiusmodi difficultatibus, quales deinde expertus sum, non cogitabam; ac simul, maiore nondum excitata spe, id solum mihi proponebam, ut vulgata editio quatenus coniectura atque ingenio sine libris perfici posset emendaretur; eiectionis plurimis, qui Parisinam editionem foedant, erroribus, temerariisque novationibus. Legebam librum,

non omnino illepidum, ante multos annos, rerum cognoscendarum causa, eumque memoria repetens mihi persuadebam illa ratione, non excoli quidem atque ornari, verumtamen ita corrigi posse ut, spinis atque sentibus evulsis, satis expeditus evaderet. Erat autem iam tum mihi cognitus atque valde carus *Ioannes Classenus*, Hamburgensis, qui HERMANNI, viri summi, disciplina institutus, huc venerat, ut nos quoque, qui in hac litterarum universitate disciplinas philologicas explicamus, audiret. Hunc ego iuvenem egregium, quem nunc in contubernio atque domestica mea familiaritate vivere gaudeo, rogabam, ut Agathiam attente perlegeret, quaeque ipsi in mentem venirent annotaret: mihi enim opus aggredi, propter negotiorum frequentiam atque adversam qua tunc premebar valetudinem, nondum vacabat, Fecit is quod cupiebam sine mora ac valde sedulo: eiusque schedis acceptis ipse Agathiam accurate evolendum sumpsi: plurima, quae emendatione persanari possent, a Classeno rite perspecta animadverti: quaedam improbavi: non pauca quae ille non attigisset correxi ipse, Qua via ingressus, prioribus libris diligenter excussis, quum eos peris longe quam antea cogitaveram se habere perspicere, neque ullum ex libris subsidium aderat praeter ea quae, suasa meo, e Suida con-gesserat Classenus, versionem Personae quaerere coepi, quae instar codicis esset. Eam mihi ex bibliotheca gymnasii Coloniensis suppeditavit humanitas eruditissimi Birnbaumii: atque hoc accepto libro novum lumen operae nostrae affulsit. Etsi enim homo non minus stolidus quam indoctus ita vertit ut plurimis singularum paginarum locis insulse delirantem audire videaris: — quippe qui de sensu, non dicam probabili sed ullo, minime sollicitus esset: — habuit tamen ille ante oculos codicem plane egregium, cuius verba singula exprimere saepe tentavit. Itaque multae emendationes, quum Classeni tum meae, illo auctore comprobatae sunt: id vero inprimis gratum erat, quod, quae in Vulcanii codice exciderunt, ubi aut verba aut incisum integrum deesse videram, ita apud Personam translata inveniebam, ut sensum sine ulla dubitatione tenerem, verba cum aliqua saltem probabilitate graece restituere possem. Quibus subsidiis si contentus fuisset, et liber iam edi poterat aliquanto emendatius, et nonnullam inde fortasse abstulisset doctrinae atque acuminis laudem. Verum enimvero quum ex Leunclavii praefatione ad editionem versionis Personae Basilicensem perspexissem quam longe codex Rehdigeranus prae-

stittisset Vulcaniano, quamquam exigua spes de libro esset qui sub annum 1594. frustra fuisset requisitus, adii tamen per litteras Passovium, v. cl., si forte codex iste inveniri, atque, illo conciliante, usus eius a Praetore atque Decurionibus obtineri posset. Egit Passovius strenuissime ac felicissime causam meam, seu potius litterarum, quarum laude floret ipse: neque minore voluntate usus sum senatus splendidissimi municipii; quo iubente codex huc transmissus est. Eum bis contulimus, ne quid non animadversum remaneret: nam primo id fecit Classenus solus: deinde iterum et ille et ego; hac ratione ut per vires alter impressum alter scriptum codicem aut praelegeret aut inspiceret. Itaque id spondere audeo in hoc genere nihil fieri posse accuratius.

Iam vero collecta amplissima lectionis varietate, quum ex his quae ipse Vulcanius fatetur colligerem typhetas nonnunquam in expedienda codicis, qui nunc in Lugdunensi bibliotheca servatur, scriptura errasse, valde optabam ut varietas Rehdigerani libri cum Lugdunensi conferri posset. Neque hoc meum desiderium frustra esse passum est incredibile Geeltii, v. cl. litterarum, quas tam egregie ornat exsolitque, omni occasione oblata iuvandarum desiderium, cum summa erga me benevolentia coniunctum. Ei igitur — cui, quod unum possum, ingentes gratias me habere mihi conscius sum, — hoc debeo quod varietas Rehdigerana cum Lugdunensi libro accuratissime collata est; idque cum magna operis mei utilitate: constitit enim in haud paucis locis dissensum, qui inter scriptos libros esse videbatur, ortum esse in editione Vulcaniana. Verumtamen sic quoque manet tanta inter utrumque codicem diversitas, ut, si unquam hic certe, duas librorum stirpes cernamus. Variant enim inter se saepissime non solum ubi in altero scriptura corrupta est, verum etiam ubi nihil refert utro modo legatur. In his vulgatae inhaerere, quum plane appareat codicem ex quo originem ducit inferioris esse notae, nimis timidi aut superstitiosi; — ex utroque pro arbitrio recensionem confingere, temerarii foret hominis. Ego id mihi faciendum esse vidi quod fecisset unusquisque cordatior homo, cui hic scriptor primum edendus in utroque codice oblatus fuisset: praestantiorem in universum mihi sequendum elegi, ita tamen ut animus liber a superstitione corrupta ex altero emendaret.

Qua lege quum in conficienda recensione versarer, coniecturas in eam vix admissi: sunt tamen inter locos ubi uterque codex in vitio

conspirat pauci quidam quos certa ratione coniciendi sanari posse apparebat. Dixi supra, usu Rehdigerani codicis evanuisse laudem criticam quam ex hoc edendi labore percipere aliquatenus fortasse potuissem: de qua re silerem omnino nisi reprehensionem vererer nullam fere meam in eo apparere operam. Libere dicam quomodo res se habet: modo nuda divinandi vi, modo versionis adminiculo non pauca recte conieceram, lacunas quoque supplendo sarcieram: de quibus monere, ex quo certa pro coniecturis suppeditavit Rehdigeranus, sive eadem plane sive meliora, contempsi. Laudemne capterem me ipso facti teste? Tum vero, ut id saltem pro viri boni indole fieri posset, ea quoque indicanda fuissent ubi me errasse apparebat: utrumque sine ullo litterarum fructu. Alia ratio in commemorandis Classeni coniecturis fuit. Qui ipse meum exemplum secuturus se nominari recusabat: atque a me contendebat ut eadem lege quam mihi scripsissem se quoque metirer. Verum assensum extorsi auctoritate mea iuveni pudenti: ut illum et philologis commendarem et viris illustribus qui rem publicam Hamburgensem tenent. Argumenta librorum conscripsit, indicesque confecit idem Classenus, ex quibus illi qui res et nomina complectitur pauca quaedam adscripsi. Accentuum, orthographiaeque rationem stabiliendam suscepit in se Schopenus meus: de cuius doctrina atque ingenio quae sentiam, hac opportunitate usus praedicarem; nisi haec quoque praefatio antequam liber in publicum emittatur ab eo inspicienda esset, praevideremque tunc eum summa ope pugnaturum esse ut illa deletem. Is igitur totum Byzantinorum opus, quatenus in hoc oppido typis exscribetur, ita moderabitur, ut singulas plagulas correctas, antequam sub prelum immittantur, ad examen revocet; isque ut constans in accentibus et orthographia servetur ratio curabit. Tenendam autem sibi proposuit eam quae viris primariis, qui cum maxime graecos libros edunt, placuit. Ego vero, si arbitrii mei esset, vulgarem potius servassem, quam Graeci hodie sequuntur. Perspecta certe res est, horum maiores iam inde a saeculo X. apices inter scribendum apposuisse, ita ut pronuntiandi modum efformarent: itaque hos saltem libros: Annam, Nicetam, ceteros: in accentibus ad Alexandrinorum grammaticorum canones revocare, mihi quidem non alia ratione fieri videtur quam si in Latinos ultimae aetatis eum orthographiae modum inducere placeret a quo in Plauto recedere nefas foret. Aga-

thias autem, atque ipse Procopius, longe propius ad inferioris illius quam ad probae aetatis scriptores accedunt. Sed illa res, ut plura alia quae in summis dicendi auctoribus magna sunt, in huiusmodi libris minimi momenti est. Ut tamen verum confitear; ipse, perspicuitatis gratia, tacitus mutavi quod a scriptoris orthographia profectum esse non dubito: *μῆλλειν* enim semper in utroque codice uno tantum *λ* scribitur. Neque magis indicandum esse putavi quoties *Ν ἐφελκυστικόν* ex codice adderem.

Epigrammata libenter omissem: quum retinere necesse esset, multo plura et emendatiora iis dedi quae Vulcanius ex Anthologia Planudea collegerat: cuncta scilicet quae in Palatina servata sunt, additis iis quae in capite *περὶ εἰκόνων* exstabant, quo plenius habuit Planudes quam nos epigrammatum collectionis exemplum. In his criticum non egi, nisi quod perpauca locis aut aliorum emendationem aut Planudeam lectionem Palatinae praetuli. Latina, elegis comprehensa, quae Iosephus Scaliger, atque Ianus Dousa e graecis Agathiae fecerunt, in virorum honorem retinui: quo facto ne illa quidem omitti potuerunt quae in eodem genere confecit, addiditque Vulcanius.

His expositis, iam finem praefationi faciam, quum de libris quos adhibui, siglisque quas in scholiis posui quae necessaria sunt exposuero.

R. Codex Rehdigeranus: chartaceus: scriptus circa annum 1560., impensis Thomae Rehdigeri, in Italia; et quidem procul dubio Romae; a duobus tribusve amanuensibus, credo bibliothecae Vaticanae scriptoribus: quorum saltem primum fuisse Graecum ex ductibus clare patet; postremus autem alienigena fuit, graecaeque linguae fere rudis. Exscriptum esse ex codice Vaticano non dubito, quo Persona usus fuerit. Interpunctionem ad sensum accommodatam vix usquam habet, sed interiectis septenis vel octonis pl. m. vocabulis puncta ponit. In margine correctiones aut coniecturas exhibet nonnullas, quas Leunclavius auctorem habere credo, qui eum a. 1576. utendum acceperat. Quem codicem quum Vulcanius secum communicari peteret, responsum est eum non comparere: neque id falso: inscriptio enim testatur anno demum 1658. iterum illatum esse in bibliothecam Rehdigeranam a Christiano Hofmanno ab Hofmannswaldau, poeta insulso et obscoeno; at cive, ut hinc colligere licet, non inutili.

Lugd. Lugdunensis, bibliothecae academicae, 54. inter libros

Vulcanii, qui Agathiam ex eo edidit: in catalogo p. 346: — bombycinus, saec. XIV: interpunctione satis accurate distinctus; in prioribus libris valde mendosus, in posterioribus multo praestantior. Subiiciuntur in fine duo epigrammata: alterum Agathiae de ludo tabulae Zenonis Aug., alterum, quod hic quidem eidem Agathiae, in Anthologia vero Leonidae Alexandrino tribuitur. Id h. l. *ἰσόψηφον* inscribitur, addito in utriusque distichi fine numero *σχ* i. e. 6600, qui ex litterarum valore pro numeris positarum conficitur, dummodo secundum distichon cum Lugdunensi scribatur:

*Ἀλλὰ ταῦν μερὸς πεσσειν ἐράσμιος· ὄψὲ γὰρ ἔγγων
Ὀπόσον Οὐρανίας Καλλιόπα προφέρει.*

Vulg. Vulgata, i. e. Lugdunensis cum editionibus quae ex illa originem ducunt.

Ed. pr. Editio princeps Vulcanii, quae prodiit Lugduni 1594.

Par. Parisina, a. 1660, in corpore scriptorum historiae Byzantinae.

Edd. Editiones, princeps et Parisina, ubi a prototypo, Lugdunensi codice, desciscunt. (Venetam negligentissime ex Parisina transcriptam esse, nihilque omnino propriae dotis habere, nemo est qui nesciat.)

Intrp. Versio Christophori Personae, ut exstat in editione Basileensi Pernaë.

Cl. Coniectura Classeni.

Scribendam Bonnæ postr. Kal. Ian. MDCCCXXVIII.

DE VITA AGATHIAE, EIUSQUE LIBRIS HISTORIARUM.

Agathias natus est Myrinae ¹⁾ in Aeolide Asiae: ²⁾ patre Memnonio, rhetore ³⁾, matre Periclea, matrona sanctissima, quam triennis amisit ⁴⁾. Haec quum mortua ac sepulta sit Constantinopoli, credibile est patrem sese illum in urbem regiam contulisse, ad quam undique ex provinciis graeci sermonis confluebant qui doctrinae ingenioque confiderent. Fratrem habuit virum honoratum, cuius tamen nomen ignoramus ⁵⁾: sororem Eugeniam, doctam puellam, discordi matrimonio cum Theodoto quodam coniunctam ⁶⁾. Agathiam, penultima syllaba correpta, nos vocamus; Graeci idem nomen, pro accentus ratione, Agathiam proferunt: idque eum ipsum, ceterosque illius aevi homines, fecisse, ita ut penultima longa uterentur, ex ipsius epigrammatis apparet ⁷⁾. Disciplinis litterarum, quas, qui liberali animo essent, percipiebant antequam se ad legum Romanarum studium converterent, Alexandriae studuit: unde anno 554., Iustiniani vigesimo octavo, post horribilem terrae motum,

- 1) Prooem. Hist. p. 8. g. ed. Bonn. Smyrnaeus vitiose dicitur apud Eudociam, atque in nonnullis Suidae codicibus. 2) Unde Asianus vocatur in Anthologia Palatina. 3) Prooem. l. c. — Epigramma Michaelii inter testimonia. 4) Epigr. 43. 5) Ei simul cum patre atque Agathia fratre statuam posuerunt Myrinaei: Epigr. Michaelii. 6) Epigr. 53. 54. 7) Epigr. 36.

Δαφνιάκων βιβλίων Ἀγαθίου ἐννεὰς εἶμι —

Epigr. 72.

Ἄλλὰ πατήρ με πόλῃος ἐναλλάξας Ἀγαθίας —

Haud aliter in Latio Prudentius *Asclepiadem*, Sidonius *Euripidem*, penultima producta posuerunt: hic, carm. IX. 231. *Orchestra quatit alter Euripides*, ille Peristeph. X. 42. *Asclepiades ire mandat milites*: cf. ibid. 108. 392. 548. 687. 921. Scilicet cuncti ista ita proferebant, at *Antiochiam*, *Alexandriam*, *Basilium*, eadem syllaba correpta. Atque in universum tenendum est, graeca pronuntiandi rationem, quam permulti inter nostrates medio quod vocant aevo adulto ortam esse contendunt, quae tamen, ut ex voluminibus chartaceis et inscriptionibus pictis constat, in Aegypto sub Caesaribus recepta erat, regnante Iustiniano non aliter quam sub Palaeologis Constantinopoli obtinuisse. Hoc qui perspexerit facile intelliget Agathiam nostrum *Χερωνεύς* prima correpta protulisse, repudiandamque esse coniecturam quae epigr. 100. *σῆσαν Χαιρωνεύ* pro *σῆσαντο Χερωνεύ* scribi iubet.

quem Alexandria ipsa, nunquam antea moveri solita, senserat, Constantinopolim regressus est ⁸⁾). Quem studiorum iuvenilium cursum qui reputaverit, non dubitabit Agathiam tunc decimum octavum aetatis annum egressum non fuisse, eiusque natalem in annum 536., vel sequentem, incidere. Quum vero Berytus illa clade collapsa esset, non dubium est eum in urbe regia antecessores audivisse. Quae studia quum quinque annos implerent, quarti in quodam epigrammate meminit ⁹⁾): et alibi leges Romanas artem suam esse ipse profitetur ¹⁰⁾; quarum cognitionem cum dicendi facultate ita coniunxit ut causas ante tribunalia oraret: idque Constantinopoli; ubi in basilica clientibus operam dabat ¹¹⁾). Causidici tunc scholastici vocabantur ¹²⁾), unde Agathiae cognomen haesit. Tenuit autem istud vitae genus invitus, ac necessitate coactus, ut victum sibi quaereret ¹³⁾): nam ad amoeniora studia sevocabat adolescentem honesta voluntas. Exaruerat nondum poësis, vivebantque adhuc in ore hominum fabulae vetustatis: quin florebant in aula ipsa atque inter proceres qui versibus pangendis gloriam sibi quaerent: quamquam non imminebat solum verum iam iam ingravescebat barbaries, quae mox, extincto penitus antiquitatis lumine, densissimis tenebris, morumque immanitate, Graecas regiones foedavit, stuporemque pro prudentia induxit. Ad hasce delicias Agathias delatus, primum amatoria carmina brevia scripsit, quae in novem libros, Daphniaca inscriptos, collegit ¹⁴⁾): pluraque praeterea eiusdem generis alia: e quorum numero multa supersunt epigrammata, non invenusta. Postea, sed regnante adhuc Iustiniano ¹⁵⁾), collegit, atque in septem libros digessit, epigrammata, siquidem eius verba ad litteram interpretanda sunt recentiorum, non-

- 8) Hist. II. 16. p. 99. 9) Epigr. 4. Illo anno *λύται* dicebantur, unde *τὰ λύσιμα τῶν νόμων* — inscr. epigr. 23. — explicari posse videntur. Agathias trans portum in regione Peraea morabatur, ut postremorum decem librorum singularium difficultatibus solvendis operam daret, procul ab urbis strepitu remotus. 10) Prooem. l. c. 11) Hist. III. 1. p. 138. Quod Smyrnae causas orasse coniecerunt, propterea quod *Συρναίων σχολαστικῶν* in libris corruptis vocari vidissent, id vero usque ad stoliditatem argutum est commentum. 12) Iac. Gothofr. ad C. Theod. VIII. 10. 2. Tom. II. p. 627. ed. Lips. 13) Hist. III. l. c. 14) Epigr. 7. 15) Id ex praefatione apparet.

dum edita ¹⁶): quod si ita est, quaecunque in hoc genere Iustiniano antiquiora, post Philippum Thessalonicensem scripta, legimus, alia corona, cuius mentio omnis perierit, comprehensa fuisse necesse est. Qua opera, quam Theodoro Decurioni ¹⁷) inscripsit, palam est eum potentiorum, quales Paulus Silentarius Macedoniusque exconsul erant, quorum plurima colligebat poemata, favorem aucupatam esse. Ex his Paulum laudibus non immeritis extollit, atque clientis officiis comiter colere videtur ¹⁸). Hoc ipse Paulo, nisi me coniectura decipit, Eutychnoque quodam hortantibus ¹⁹), mortuo Iustiniano imperatore ²⁰), ad historiam aevi sui scribendam animum adiecit: quum ad trigesimum certe aetatis annum pervenisset. Credo tamen eum diu colligendis tantummodo narrationibus operam dedisse: namque opus quod ad nos pervenit adeo exiguae molis est, ut, quum ea quae de Chosrois exitu narrantur acciderint anno 577., nemo sibi persuadeat illi conscribendo decennium potuisse impendi: imo eo amplius. Nam ne ista quidem de Persarum regis fuga et morte mox post eventum scripta esse, perspicue apparebit consideranti ²¹). Haud tamen debilis coniectura est, quando Agathias de Mauricii gestis narrabat, hunc adhuc privatum fuisse: quippe quem, absque ulla summi fastigii commemoratione, Pauli filium, magistrum militum, vocat. Id vero ad refellendam Fabricii opinionem sufficeret; qui sibi persuaserat Agathiam, quo tempore Evagrius historiam absolvit, scilicet anno 593., nondum edidisse: at illa, accuratius inspectis verbis quae vir nunquam sine laude commemorandus festinantius legit, ipsa per se concidit ²²). Itaque Agathiam Tiberio adhuc regnante, ante annum 582., quo anno Mauricius imperium adeptus est, e vita decessisse arbitror. Nam obitu eius factum

16) Prooem. p. 6. 17) S. Palatii; de quo officio consule I. Gothofredum ad C. Th. VI. 23. 1. II. p. 126. 18) Hist. V. 9. p. 297. 19) Prooem. p. 7. 8. 20) Ibid. p. 11. 21) Hist. IV. 29. p. 272. 22) Locum posui inter testimonia. Verba *εἰ καὶ μὴ πῶ ἐτυχον ἐκδεσπότες* ad scriptores quos nominaverat referri non possunt: quae si Evagrii mens esset, ratione iubente, scripsisset *τυγχάνουσι*. Sunt illa omnino mendosa, et nescio qua de re interpretanda quae Mauricii animum movere potuerit ut supplicii regi auxilium denegaret.

esse quod historiae opus ad finem non sit perductum; Menander innuit, oratione usus parum quidem apta²³⁾, sed pravae interpretationi minime obnoxia: modo meminerimus Chosrois mortem viginti fere annis post Hunnorum adventum in Thraciam, ubi quinti libri narratio abrumpitur, accidisse. Ac ne quis forte suspicetur ad molestiora negotia delatum, atque ita otio quod historiae scribendae tribueret privatam esse, in eodem vitae genere permansisse vel cognomine teste compertum est. Quo concesso quis credat fieri potuisse ut sponte omitteret gratum laborem a quo omni vi atque unice persequendo negotiis forensibus se distineri queritur²⁴⁾? quae tamen cumulate offerri alias laetandum sibi esse fatetur, ne inopia prematur. Nemo tamen hinc concludat Agathiam annumerandum esse infelicibus illis qui, ne fame vexentur, a litteris recedere coacti sunt. Nam illa erat scholasticorum condicio ut eorum avaritia legibus esset compescenda: neque clientibus caruisse credemus virum qui insigni facundiae gloria et vivus et post mortem floruit. Itaque, nisi lusus est ista de sua sorte querela, illis accensendus erit Agathias qui, nisi admodum laute vivere aliisque largiri possunt, egere sibi videntur. Quae quidem opinio epigrammate confirmatur quo ille, pater oppidi dictus, in municipio suo locum, antea obscoenis immunditiis foedum atque detestabilem, purgasse, atque eleganti aedificio, nescio quo, ornasse dicitur²⁵⁾. Alia fortasse praeterea pietatis officia in patriam contulit: quae non minus propter hanc virtutem quam eloquentiae causa, eum cum patre Memnonio et fratre statua ornavit²⁶⁾: cuius honoris, quum olim fuisset vulgatissimus, illo tempore, in privatos collati, vix aliud superest exemplum.

Mansit autem viro laudato etiam post funus eadem insignis fama eloquentiae: ad quam referendum esse videtur quod Menander, qui eius historiam continuavit, infantiam suam tam vehementer excusat. Itaque quum, renatis sub Basilidarum imperio litteris, eandem laudem appeterent pusilli ingenii homines, Agathiam imitandum sibi sumpsit Leo Diaconus, ut Hasius v. ill. indicavit: cui quod placue-

23) V. testimonia : *ἑρμηθην ἀρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν Ἀγαθίου.* 24) Hist. III. 1. p. 138. 25) Epigr. 72. 26) Epigr. Michaëlii.

rit in huius scriptoris, quo edito permagnum certe cepit historia incrementum, sermone exquirendo splendidam philologiae documentum edere, id facundissimos quosque Atticos, si quis ad manes de factis nostris rumor manat, non sine invidia ferre existimo. Hodie Agathias vix cuiquam ultra mediocritatem assurgere videbitur: licet G. I. Vossius, haud levis auctoritatis vir, tersum eius atque floridum dicendi genus praedicet. Certe ipse sermo graecus a puritate, quae tamen minima laus esset, longe abest; ac, ne a vitiis quidem grammaticis immunis, haud raro degeneris loquelae nota foedatur: tum vero admixta dialectorum, ionicae praesertim, epicorumque verborum varietate, sive quaesita sive imprudenter assumpta, saepissime offendit. Quae ut condonaveris aevi infelicitati, praecipuaeque difficultati scribendi lingua emoriente, antequam adulta sit atque e matris consortio exierit vulgaris, qua iam quotidie utuntur; tamen, ut laudem tribuas historico, sapientiam gravitatemque requires: at id non minus frustra in Agathia nostro. Imo potius ieiunum ingenium in sententiis prodit quas saepissime profert; tritas admodum atque e locis petitas communibus: ubi vero argute loqui satagit frigidissimas. Viri boni animum cum ostentatione prae se fert: neque tamen, quantum dignoscere licet, falso: immunis ab insectatione pariter atque ab adulatione per universum opus: cuius, quaecumque in eo reprehenderis, ad cognoscendas res gestas summum pretium atque unica utilitas est. Italica tamen negotia parum cognita habuisse videtur, in orientalibus longe versatior. Quem si Procopio quum ingenio tum civili militarique prudentia longe inferiorem esse Gibbono facile concesseris; fatebere tamen eadem ratione super ceteros omnes, qui consecuti sunt, eminere: virum autem multo meliorem esse Procopio.

Christianus an fuerit, in utramque partem disputatum est: verum edito epigrammate quo tabulam Archangelo dedicat²⁷⁾, illam religionem professum esse extra dubium est. A quo si discesseris, inter cetera quae proferri possent firmissimum eiusdem opinionis argumentum esset, quod apophthegma ex novo foedere sibi notum esse prodit²⁸⁾. Neque

27) Epigr. 4. 28) Hist. III. 12. p. 165. cf. Indicem graec. s. v. ζῆλος.

id tamen certum foret indicium: etenim, dominante religione Christiana, paucos illos gentiles qui Constantinopoli degerebant talia nota habuisse non est quod dubitemus: atque ubi id profert Christianum loquentem inducit. Mitem vero animum in reprehendis alienis sacris, nisi improba sint atque immania; et indulgentiam quae errori in huiusmodi rebus, utpote non voluntario, veniam tribuit²⁹⁾; inter saevos illius aevi furores vix alibi exspectares quam apud eos qui dominantium crudelitate et saevitia vexarentur ipsi. Itaque probabile est, gentili patre procreatum, graecanicisque studiis innutritum et delectatum, ne legum poenis hominumque violentiae obnoxius esset, non opinionis vi adductum, Christianis se adiunxisse.

Historiarum libri vulgo ex codice Lugdunensi inscribuntur *περὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας*: vitio manifesto: quum scriptor se de morte Iustini Germani f. — qui iubente Iustino iun. Imp. necatus est — IV. 22. p. 255. : atque de Chosrois fine (577.) IV. 29. p. 272. dicturum esse promittat. At idem codex recte, pro illius aetatis more, quem ab Evagrío, Ioanne Epiphaniensi, aliisque servatum videmus, libros *τόμους* vocat.

Codices scripti perpauci supersunt. De Rehdigerano et Lugdunensi, quibus usus sum, dixi. Vaticanum membranaeum esse, antiquum, mihi significavit Ang. Maius v. ill. qui variantes scripturas ex quarti libri initio delibatas speciminis loco misit. Eae cum Rehdigerano libro ita conveniunt ut valde probabile sit hunc inde exscriptum esse. Exscriptus autem est ex codice integro: ut Vaticanus, monente Maio, nunc quidem est, suppletis a recentiore manu aliquot foliis, sed quoniam ea aliquando deerant, inde ortae sunt lacunae in versione Personae; licet codici quo is usus est cum Rehdigerano proxima intercedat affinitas. Tamen hic Vaticanus codex ut aliquando inspiciatur, optandum est; quo plane de fide atque auctoritate Rehdigerani constare possit. Praeterea ex Montefalconio Harlesius Fabricio adscripsit, integrum opus exstare graece inter codices scriptos Ottobonanos; atque in cod. MMIV. bibliothecae Vaticanae antiquae

²⁹⁾ Hist. I. 7. p. 28.

Agathiam de bello Gothorum: e contrario in Marciana Venetiis cod. DCCXII. libros posteriores, deficientibus primo et secundi parte: scilicet, ut videtur, illa ipsa de Narsetis bello Italico narratione.

Quum autem Agathias in eorum numero fuerit historicorum quos Constantinus Porphyrogenitus in *eglogas* redigi iussit, leguntur ex illo tria de legationibus excerpta in Codice Bavaro, quorum collatio cum editis debetur doctissimo Spengelio. Multo plus idem scriptor ad titulum de sententiis conferre debebat, quem nuperrime in luminis oras reduxit ill. Maius: vir iuvandis litteris divinitus saeculo nostro concessus, et „cui nemo civi' neque hostis quibit pro factis reddere operae pretium.” Sex folia de his excerptis superesse is nos edocet (Coll. Vaticanæ scriptorum graecorum II. p. 464.): quorum collationem ab eius amicitia petissem, impetraturumque fuisse certe scio; verum opere iam profligato nolui molestus esse viro minime otioso.

Praeterea superest in Parisinae regiae cod. MDCI. membranaceo, Fonteblandensi, folium unicum, cuius lectiones quae variant, dedi. Iisdem fortasse terminis continetur fragmentum de Francis Laurentianum LIX. 17. 9. — ubi in plut. LXXIV., 13. 64. varia ex quinque libris excerpta inveniri, Harlesius annotavit, Bandinium secutus, cat. codd. gr. II. p. 530. III. p. 113. quod opus inspicient quibus illud frui posse contingit.

Hadrianus Iunius Animadversionum I. 4. ut interpretis oscitantiam et recordiam confutaret, aliquot Agathiae locos graece transcripsit, multis annis ante principem editionem graecam. Ac planum quidem est, lunium videri se uti exemplari graeco voluisse: quae tamen affert ea cuncta ex Snida desumpta sunt; terminantur enim plane iisdem finibus quibus illius excerpta, eiusque scripturam dissentientem a codicibus repraesentant.

Editiones tres graecas, quae hucusque prodierant, supra in praefatione indicavi: ubi etiam de latina versione egi, quam Christophorus Persona, prior S. Balbinae, confecit: qui itidem partem librorum Procopii transtulit. Eam in Fabricii bibliotheca, ab Harlesio recognita, invenio im-

pressam esse Romae ap. Iac. Mazochium 1516. fol. repetitam deinde Augustae Vindelicorum per Sigism. Grimm et M. Wirsung 1519. 4. et postea cum Procopio atque Iornande, aliisque affinis argumenti libris, praemissa Beati Rhenani praefatione, Basileae ap. Hervagium 1531. fol. et Lugd. 1594. 8.:— dedicationem Personae ad Sixtum IV. Pont. M. editam esse in dissertationibus Zeni Vossianis II. p. 141 — 144.

Ego usus sum editione quae a Fabricio dicitur prodiisse anno 1576. Basileae ap. P. Pernam; sed anni notam in exemplo quod mihi adest frustra quaesivi. Ibi Agathiae praemittuntur Zosimus a Leunclavio, Procopius a Raphaele Volaterrano, Personaque ipso, versus: subiiciuntur ambo Iornandis libelli, et Leonardus Aretinus de bello Italico. Quod Fabricius in hac editione versionem Agathiae ex recensione sive interpolatione Io. Leunclavii haberi dicit, is error est. Nihil mutavit Leunclavius; contentus locis non adeo multis in margine correctionem indicare: sed quum, finita impressione, Rehdigeranum codicem utendum accepisset, ea quae interpres, sive propter codicis defectum sive ob alias nescio quas rationes, omiserat, vertit: non paucis locis plane insanam versionem meliore mutavit: ea omnia sub finem praefationis collecta proposuit: *Agathiam interpolatum* inscripsit.

Bellum Butiliæ, primum librum Agathiae, secundi-que initium, magus Grotius vertit in Historia Gothorum, Vandalorum et Longobardorum, Amstelod. 1655. 8.: eam versionem loco Vulcanianae non posuisse, quatenus patet, licet deinde ad peiorem redeundum fuisset, male me poenitet.

Haec hactenus. Nam de Anthologia Agathiae disserere, ab hoc loco meisque rationibus maxime foret alienum.

TESTIMONIA ET IUDICIA DE AGATHIA.

ΜΙΧΑΗΛΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἡ πόλις Ἀγαθίαν τὸν ῥήτορα, τὸν στιχαιοιδόν,
δίζυγος εὐειπῆς ξυθμόν ἀγασσαμένη,
ὡς μήτηρ ἐτέλεσσεν ἐφ' υἱεῖ, καὶ πόρε τήνδε
εἰκόνα, καὶ στοργῆς μάρτυρα καὶ σοφίης·
Μεμόνιον δὲ τοκῆα, κασίγνητόν τε σὺν αὐτῷ
ἔστισε, γενεῆς σύμβολα σεμνοτάτης.

EVAGRIUS, *hist. eccl.* IV. 24. *ex ed. Rob. Steph.*
πέπρακται δὲ καὶ ἕτερα τῷ Ναροῦ λόγον πολλοῦ ἄξια, Βου-
σελίον καὶ Συνδοῦαλδον καταπολεμήσαντι, καὶ τὰ πολλὰ
προσκητῆσαμένῳ μέχρι Ὠκεανοῦ ἄπερ Ἀγαθία μὲν γέγραπται
τῷ ῥήτορι, οὐπω δὲ ἐς ἡμᾶς ἀφῆται.

IDEM, *ibid.* V. 24.

τὰ ἐχόμενα δὲ τούτῳ (τῷ Προκοπίῳ) Ἀγαθία (sic) τῷ ῥή-
τορι καὶ Ἰωάννῃ ἐμῷ τε καὶ πολίτῃ καὶ συγγενεῖ καθ' εἰρμὸν
ιστόρηται, μέχρι τῆς Χοσροῦ τοῦ νέου πρὸς Ῥωμαίους
φυγῆς, καὶ τῆς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀποκαταστάσεως,
Μαυρικίου ἡ ὑποδεξαμένου — βασιλικῶς, καὶ — καταγα-
γόντος, εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες.

IOANNES SCHOLASTICUS EPIPHANIENSIS *initio fragmenti.*

τὰ μὲν ὅσα Ῥωμαῖοί τε καὶ Μῆδοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις
ἔπαθόν τε καὶ ἔδρασαν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων
αὐτοκράτορος βασιλείαν, γέγραπται Ἀγαθία τῷ Μαυριναίῳ,
ἀνδρὶ τοῖς ἐν Βυζαντίῳ ῥήτορσι καταλεγέντι διαφανῶς, καὶ
μετάγε Προκοπίον τὸν Καισαρέα τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους
πραχθέντα ἀναγράψαντι.

MENANDER PROTECTOR *ap. Suidam s. v. Μένανδρος.*

ὠρμήθην ἐπὶ τήνδε συγγραφὴν, ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίω-
σιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ τῆς ιστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχὴν.

SUIDAS et EUDOCIA *s. v. Ἀγαθίας.*

Ἀγαθίας σχολαστικὸς Συμωναῖος (*meliores Codd. ap. Suidam*

Μυριναῖος) ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον ἱστορίαν τὸν Καισαρέα, τὰ κατὰ Βελισάριον, καὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν Λιβύῃ πράξεις· τουτέστι τὰ κατὰ Ναρσῆν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τὰ ἐν Αζικῇ καὶ Βυζαντίῳ. οὗτος συνέταξε καὶ ἕτερα βιβλία ἔμμεγρά τε καὶ καταλογάδην, τὰ τε καλούμενα Δαφνιακά, καὶ τὸν κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὧν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν· συνήκμασε δὲ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρῶ καὶ Μακεδονίῳ τῷ ὑπάτῳ, καὶ Τριβουνιανῷ, ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων.

SCHOLIUM PALATINAE ANTHOLOGIAE.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυριναίου, οὗ στέφανος ἀλλὰ συναγωγή νέων ἐπιγραμμάτων. ἤκμασεν δ' οὗτος ὁ Ἀγαθίας ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου· ἔγραψεν δὲ καὶ ἱστορίαν καὶ τὰ ἐπονομαζόμενα Δαφνιακά· ἔγραψε δὲ ταῦτα ἐπιγράμματα πρὸς Θεόδωρον Δεκουρίωνα.

GER. IOH. VOSSIUS *de histor. graecis* II. 22.

Multum illa tempora ornabat Agathias. — Dictione utitur tersa et florida. Gentilem fuisse praeter alia ostendit illud *φασίν*, quo libro III. utitur cum sermo sit de martyrio B. Stephani.

GIBBON, *the history of the decline and fall of the Roman empire*: c. XLIII. ann. 47.

We must now relinquish a statesman and soldier (Procopius), to attend the footsteps of a poet and rhetorician.

SPECIMEN VERSIONIS CHRISTOPHORI PERSONAE.

Lib. II. capita 28. 29.

Nunc autem ubi de Chosroe perpauca explicarim, confestim ad ea me referam, quae narrare iam coepi. Non enim hunc Persae solum ultra, quam decet, laudibus ferunt et demirantur; sed Romanorum plerique ut eloquentiae studiosum, et qui ad nostrae philosophiae summam pervenerit notionem, et Graeca opera in Persicam linguam nonnulla transtulerit: (addunt tamen et stagiretem, id est, vini amphoram, longe melius perpotasse, quam rhetor paeanicus olori perscripserit fabulam): quin etiam Platonicis imbutum dogmatibus tradunt, atque adeo, ut ne Timaeus hunc quidem praetereat, tametsi lineari speculatione divarietur, et naturae rimetur motus, nec Phaedon ipse, neque Gorgias, vel dialogorum autor alius quisquam, ut Parmenides, et caeteri item, quibus varia sententiarum profunditate sunt multa conscripta. Ipse vero non egregie adeo hunc eruditum fuisse existimaverim, ut summam disciplinarum teneret. Qui enim fieri id poterat, veram illam et liberam ut veterum nominum pronunciationem, ita et rebus ipsis maxime congruentem, lingua quaedam ut agrestis, et rudior, et a Musis penitus aliena servaret? quo inquam pacto vir regio fastu ex immodicis adulationibus ab ineunte aetate illectus, ac vivendi consuetudinem nactus supra modum barbaricam, et qui bella semper et acies animo agitarit, exerceri in his poterat disciplinis, ex hisque sibi fructus aliquid vendicare? Quod si quis idcirco hunc laudet, quia quum rex esset, et Persa, tantarumque gentium et maximarum rerum curam haberet, utcunque tamen degustare artes literarias voluisset, ex eaque ut gloriam, ita et animi capere voluptatem, profecto et ipse hunc laudarem, perinde prae caeteris barbaris admirandum. Sed qui hunc nimium sapientem appellant, et quasi philosophos caeteros praestitisset, omnium artium disciplinarumque causas nosse affirmant, et qualem fortasse peripatetici maxime eruditum praefiniunt: deprehendetur is haud dubie nihil prorsus ea, quae vera sunt, pervidisse; sed vulgi duntaxat famam sectari. Vir quidam genere Syrus, Uranius vocitatus, dum Byzantii versaretur, artem quidem medicam profitebatur, sed Aristotelicae disciplinae prorsus ignarus, nil denique vera cognitione tenebat; fremebundus tamen et insolens quammulta se percalleré iactabat: et quum forte inter coetus hominum versaretur, ut erat suapte

natura contentiosior, saepe etiam pro regibus portibus ipsi astabat, plerumque in librariorum tabernis venalitiis assidebat, et ad hominum turmas se eodem cogentium, verba magna perinde mirabundus et stupidus factitabat, consueta quaedam de deo, longis verborum ambagibus, his, qui se circumstiterent postulanti, qualis nam scilicet esset illi natura, quae nam substantia, utrum afficiatur, utrum curae sit expertus, et alia quaedam eiusmodi. qui vero ista profitebatur, ne grammaticum quidem adisse unquam crediderim, nec vitam forte rectiorem egisse. Proinde putent hi facile aliquid esse et plane promptissimum, aut cuique pervium, quod vulgo fertur, pedem porrigere, et Theologiam attingere: quum hanc constet rem esse et probatam, et inexplicabilem, et longe superiorem, quam ut eam assequi cogitatio queat imperitorum, qui ignorando hanc demirentur. Sunt namque, qui vesperi ex ipsa statim ebrietate et crapula impediti quammulta deblaterent, deque excellentissimis rebus illis, divinisque quaestionibus sermones indecenter incoeptent, et in eiusmodi nugando delirent, et haud secus ac qui aleam ludunt, rixentur. Hisce in rebus principatum nactus Uranius, perinde Homericus ille Thersites alios arguebat, extrahereque in longum sermones minime desistebat, etsi alias de deo haud satis recte sentiret: nec sane disceptationem sinebat, iamdiu incoeptam, ordine saltem suo procedere; sed apertiora potius confundebat, et quaesitae rei propulsabat inventionem. Volebat hic forsitan Platonis Pythonem, Sextumque denique imitari, et eorum more responsiones ut fierent, ut finis esset nil obturbari, quia id animo praesumptum iam esset, nihil esse penitus constitutum. Sed Platonica ista haud satis ille didicerat, nisi forte alicunde venatus perpauca collegisset, quibus posset ineruditos iam fallere. Et quemadmodum literarum erat is re ignarus, ita et honorum morum omnium expertus. Istiusmodi quum esset Uranius, ad Persas se contulit, per Areobindum Persam, et regis tunc oratorem, ut cothurnus et nebulo ductus, nimirum qui ea sibi ornamenta stolidè vendicasset, quibus omnino careret, palliumque protinus induit, quod disciplinarum magistri gestare apud nos solent. Sic itaque obstipa superbaque facie Chosroem adivit. tum ille inopinato miraculo percitus, et sacrum aliquid esse imaginatus, suspicatusque verum hunc esse philosophum, (nam et ita apud Persas vocabatur), eundem hunc et libens vidit, ac benigne suscepit, Magos deinde ad se convocatos, cum novo philosopho ut sermones conferrent, constituit; deque rerum ortu naturaque ut disceptatio haberetur, iniunxit; et utrum id omne, quod visitur, finem sit habiturum; namve unum esse omnium rerum principium putandum sit.

EDITIONIS PARISINAE DEDICATIO.

POSTERITATI.

GALLIA ET HISPANIA

FUNESTISSIMIS BELLIS ANNOS SUPRA VIGINTI

DISTRAHEBANTUR.

IULIUS MAZARINUS

DEPLORATAM PACEM

EXCITAVIT UNUS ET BEATAM TRANQUILLITATEM

QUAQUA PATENT LATISSIMA DUO REGNA

FELICITER IMPARTITUS EST.

INGENS FACINUS

ADUMBRARE CERTATIM CONTENDIT

ORATORUM ET POETARUM

INFINITA NATIO.

VANUS UTRORUMQUE LABOR.

HOC NUDO ET CONTRACTO PANEGRICO

ASSERIT

EMINENTISSIMO PRINCIPI

IMMORTALITATEM

IMMORTALITATIS PARENS

TYPOGRAPHIA REGIA.

Scribat ad praelum

EMINENTIAE SUAE ADDICTISSIMUS

SEBASTIANUS MABRE,

ex filia nepos SEBASTIANI GRAMOISY,

Typographiae Regiae Curatoris.

B. VULCANII EPISTOLA.

ILLUSTRIBUS AMPLISSIMISQUE VIRIS

ORDINIBUS

HOLLANDIAE ET WESTFRISIAE,
DOMINIS POTENTISSIMIS.

Cum variae sint artes ac scientiae, societati generis humani conducibiles ac necessariae, Illustres Amplissimique Viri, maximam profecto laudem merentur ii qui ad eas perdiscendas et ad publicam utilitatem accommodandas omne suum studium atque operam conferunt. Proxima est eorum laus quorum labor omnis atque industria versatur in linguis authoribusque quibus illae ipsae artes sunt tractatae nobisque traditae excolendis atque illustrandis, quique vel veteres scriptores Graecos e situ et squallore eruunt et in lucem proferunt, vel iam antea editos, sed male ab indoctis interpretibus habitos, refingunt, et pristino suoque nitore integritatique restituunt. Quod quidem studium tametsi ob exiguam quae inde affulget lucri spem perpaucos hodie habet sectatores (plerique enim eas artes sequuntur e quibus facilis est ad opes et honores cursus) mihi tamen, qui studiorum dignitatem non privato quaestu sed publica utilitate metiri soleo, mirifice semper placuit. Utilitatem vero quam hoc studii genus secum trahit longe maximam quis obsecro est adeo rudis ut in dubium vocet? Si enim hoc in confesso est ex veterum Graecorum fontibus doctrinam omnem esse hauriendam; quis non videt quanti intersit ut illi ipsi fontes puri atque illimes conser-

ventur? Quantopere vero eos contaminarit atque polluerit crassa nonnullorum interpretum inscitia, nemo est etiam infra mediocritatem doctus qui nesciat; sensique ipse cum in aliis multis authoribus, tum vero praecipue in Cyrilli Alexandrini Thesaurio, et divinis illis de Trinitate libris, in quibus nihil fere agnosco Cyrilli praeter nudum illius nomen. Hanc itaque Spartam, ut ita dicam, linguariam, hoc est interpretandi Graecos authores et in Latinam linguam convertendi rationem, veluti genio naturaeque meae convenientiorem semel amplexus, dedi operam hactenus ut pro virili ornarem; et quidem non pauca veterum authorum Theologica, Philosophica, Historica Poëticaque scripta partim antea non edita Latine verti, partim edita quidem, sed ita ut ἀνεκδότοις ἐναλίγκια merito censi possent, nova interpretatione donavi, non exiguo uti spero rei literariae bono. Tametsi ex iis quaedam, nescio quo malo fato, magno certe meo cum dolore, neque minore cum incommodo publico, summoque multorum doctissimorum virorum desiderio, totos iam quindecim annos apud Typographum cui ea excudenda dederam haerent. Nunc vero Agathiam historicum optimum qui Iustiniani Imperatoris res gestas post Procopium Caesariensem est persequutus, Graece antehac nunquam typis editum, in lucem emitto; Agathiam, inquam, virum suae aetatis doctissimum, quique unus illam διζύγα ἐπέτην, hoc est Poëticen cum Oratoria, ita coniunxit, ut dubium sit in utra magis excelluerit; in utraque certe non dubiam de omnibus sui aevi scriptoribus victoriam reportavit. E cuius editione plurimum et Historiae et Graecae linguae incrementi ornamentique est accessurum. Quum enim varia gravissimaque bella adversus populosissimas potentissimasque nationes, Francos scilicet, Gotthos, Vandalos, Hunnos, et Persas gesta describat; tum vero de eorum moribus atque institutis, ac praecipue de Persicorum regum genealogia ac politia, multa commemorat scitu dignissima quae apud alios scriptores nusquam reperiantur. Stilus ipse plane est floridus atque amoenus, multis sententiarum luminibus illustratus. Verbis vero utitur selectissimis, et frequenter a communi usu ac significatione remotis; adeo ut Suidas diligens glossographus potissimam Lexici sui partem ex huius

scriptis conclinnarit. Hunc itaque Agathiam scriptorem luculentissimum, quem olim Persona ita lutularat ac deformarat, ut quicumque eum attingeret merito exclamaret: *Aquam manibus; εὐπρόσωπον* nitidioreque habitu a me donatum vobis, Illustres Amplissimique Viri, merito inscribendum dicandumque existimavi: primum, quod ex hac vestra Academia in lucem prodeat; in qua quum iam tredecim circiter annos vestro beneficio honestissimo hoc otio literario fruar, vehementer me officio meo defuturum putavi, nisi darem operam ut exstaret publicum aliquod singularis meae erga vos observantiae gratique animi monumentum: deinde, quod non indignum vobis hoc munusculum literarium indicarem, cum ob authorem ipsum qui apud doctos omnes summo semper fuit in precio, tum vero magni illius Imperatoris cuius historiam scribit nomine; in qua quidem historia multa conscribuntur sapienter ab illo prudenterque excogitata, felicissimeque perfecta; e quibus nonnulla uti spero in usus vestros convertere poteritis ad florentissimam Rempublicam vestram stabiliendam et nominis vestri celebritatem, quae rerum pro libertate tuenda gestarum magnitudine longe lateque est propagata, magis magisque augendam. Mihi interea nihil gratius accidere poterit, quam si intelligam studium hoc meum vobis, Illustres Amplissimique Viri, probari; magnumque mihi honorificum iudicium vestrum calcar addiderit ad alia id genus veterum Graecorum monumenta e Bibliothecae meae penu deprenda et Latine vertenda publicoque communicanda.

Deus Opt. Max. Illustres Amplissimique Viri, Reipublicae eiusque seminario Academiae vos quam diutissime servet incolumes. Lugduni Batavorum, Anno Domini MDXCIV. Kalend. Ianuariis.

ILL. DD. VV.

Addictissimus

BONAVENTURA VULCANIUS.

CARMINA IN LAUDEM
EDITIONIS VULCANIANAE.

IN AGATHIAM
A BONAV. VULCANIO EDITUM.

Ἀγαθίας ἦν μὴ πολὺστορι γύσατο βιβλῶ
Πέρσας καὶ Περσῶν ἔργα παλαιγενέων,
αἰῶν παρθαμάτωρ, καὶ νῦξ ἀμάθουε μέλαινα
Πέρσας καὶ Περσῶν ἔργα παλαιγενέων.
Ἀγαθίαν δ' ἦν μὴ Βουλκάνιος ἔξελε λήθης,
Ἀγαθίαν λήθης ἀμφοκέλυψε κόνης.
καὶ κε πολὺς τοπάλαι, Βουλκάνιε, σεῖο ἔκητο
Ἀγαθία τε ἀγῶν ὄρωτο καὶ ἱστορίῃ.
νῦν δ' ἀμφω δισσοῖσιν ὀφείλετον, ἱστορίῃ μὲν
Ἀγαθία πλείστον, σοὶ πλέον Ἀγαθίας.

ΙΩΣΗΠΠΟΣ ΣΚΑΛΑΝΟΣ ΙΟΥΔΑΙΑΩΣ.

AGATHIAS ni iam fastis prius asseruisset
Persas, et veterum Persica gesta ducum,
Tempus edax, et vis seclorum aboleret opuca
Persas, et veterum Persica gesta ducum.
Ni leto Agathiam eriperet Vulcanius, olim
Agathiam leti conderet alta cinis.
Et iam, Vulcani, propter te, maxima rerum
Lis foret Agathian inter et Historiam.
Sed devinzerunt ambos duo. Plurima debet
Historia Agathiae, plura tibi Agathias.

IOSEPHUS SCALIGER IUL. CAES. F.

AD DOCTISSIMUM VIRUM
BONAVENTURAM VULCANIUM
GRAECARUM LITERARUM IN ACADEMIA
Lugdunensi apud Batavos Professorem.

Quod me Vulcani carmen doctissime poscis:
Frustra es, ceu vivam ex pumice aquam elicias.
Non mihi tam proclive bonos est scribere versus,
Quam tibi scriptores restituuisse bonos.

FR. DUYCKIUS Cos. Leyd.

IN AGATHIAE HISTORIAM

A CL. V. BONAVENTURA VULCANIO GRAECE ET LATINE EDITAM

HIEREMIAS BASTINGIUS S. T. D.

ET COLLEGII THEOLOGICI REGENS:

ÆNEAS debet vitam post fata MARONI:
 INDUPERATOR ovas *Historico* AGATHIA.
Gloria nam maior tanto est tibi: ficta Poesis
A vera quanto vincitur Historia.
Macte sed o virtute tua dilecte Camoenis
Qui clarus volitas docta per ora virum
VULCANI, quem non ullos subiisse labores
Tædui, æternum ut viveret AGATHIAS.
AGATHIAS inquam, Graiis ut cognitus olim
Nunc Graiis pariter cognitus et Latiiis.
Sic quondam de te est meritus doctissime Rhetor
Romanaeque decus QUINTILIANE togæ,
POGGIUS: hunc quanquam superas hoc nomine, cultu
Quod per te gemino splendeat AGATHIAS.
I nunc MOME crepa, et male carpere desine qui te est
Pasibus innumeris doctior et melior.
Vos autem PROCERES quibus hæc monumenta dicantur,
Ut vestro maneant tuta sub imperio,
Hunc redamate virum, tuque o BATTAVIA gaude
Lucem ex te AGATHIAS quod redivivus habet.

PAULLUS G. F. P. N.

MERULA.

QUID hic recens scriptoris orti contuor?
Proles cluor Agathi. Ominis nomen boni
Adnosco. Nam qui audit bonus, plerum bonus est,
Quique a bono natus, bonus ille plurimum.
Lares mihi Smyrnae paterni, quæ suum
Civem esse Homerum, principem vatum omnium,
Princeps probavit olim et ante caeteras,
Quæ iniverant certamen, urbis Graeciae.
Fere est, ut adsim ab inferæ ripa Stygis.
Quæ Morta te pressit favissis circites
Mille ampliusque obliviosis? plozeno
Quæ Fors silente, docte foetus, te obruit?
Incommodo maloque maximo omnium,
Cordi quibus curæque gesta quæ retro.
Immanitas Gotthorum et Hunnorum fera
Med æviterno munciparat carceri;
Ut, quidquid a fatiis mihi vitæ super,
Inglorium esset atque squalo sordidum.
At unde tantum sævitatibus? Luctuum,
Quibus nec unquam finis esset neque modus,
Causam me eis certissimum monerat fore
Ecfata vatum, quos adirant; dictio.
Immersi enim crudele moerorum mare,
Et conscii, quæ non semel passi, iugum;

Non nesciebant perciti, me nascier,
 Quo noscier docente debebant trucum
 Clades avorum, lancinati corporum
 Arius, potitum naeniae cadaverum,
 Atrociūque vastitates funerum;
 Quo noscier docente posteros, ducum
 Iustiniani Principis victoriae,
 Et fixa de victis trophaea phalangibus,
 Actique superbiter triumphi nobiles.
 Hinc natus olim lacrumarum fons mihi.
 At serio, sero licet, Vulcanius,
 Misertus infortunii nuper mei,
 Multa incalatus, audit miserum, prece,
 Specus, quibus claudebar, altos pertudit,
 Me duxit endo primus oras luminis,
 Et fecit, ut me totus orbis perlegat:
 Sive hoc voluntas, sive noluntas fuit,
 Quorum efferata mente dirae mi dies,
 Plenae aegritudinūque saepe luxerunt.
 Nec me modo artis liberavit vinculis;
 Sed et polivit arte, quod fuit potis,
 Docta, et, quod instar muneris magni mihi,
 Fecit bilinguem, quae unilinguis vix eram.
 Felix tui adsertore iuris ter quater,
 Felix viri polite tanti dextera:
 Linguis fruare et luce, parta quae tibi,
 Ducente et auspicante summo vindice.
 Vicem refer, tuique nomen vindica
 Ducis Auspiciisque ab luce temporaria,
 Linguasque perde virulentas, qui mali
 Male tibi tuoque vindici volunt.
 Ast Gotthus, Hunnus, Francus immensum fremant
 Quantum, cruenti caede nupera manus;
 Redhostiendum, quae patrare hostilia.
 Gotthus patrumque et dissipator pignerum,
 Hunnus senum et saevus nefrendum carnis ex,
 Et Francus haustum faucibus sanguen vomens,
 Fremant frequente strage se pavirier,
 Fremant sibi tam crebra fligi volnera,
 Crebras suorum audirier mortes fremant.

Εἰς τὸν Εὐτύχεια Ἡφαιστον
 ἐκδιδόντα τὸν Ἀγαθίαν τῷ χρόνῳ σχεδὸν ἀφανισθέντα.

Πείθους θελξίνδου τερετίσματα δαίδαλα τύμβῳ,
 (φεῦ κηρὸς φθονεροῦ) κεύθετο ληθεδόνος.
 Ξύλλαβεν Ἡφαιστος, πυρσὸν παλινάγρετον ἄψας,
 ὄρφνην τε σχεδάσας ὡς πρόμος ἰδομοσύνης.
 δὸς ῥαπίδ' Ἡφαιστῷ πτερόεις διεγερτικὸν Ἑρμῆ,
 λείπειαι, ἴσα φέρειν οὐκ ὀδὸς τε πέλεις.
 σὺ φθίμενον ζωγρεῖς ἐπικήριον αὐδὸς ἔοντα·
 δὲ δὲ νεοχμεῖται ἀτρυτα, γομποπαγῆ.

ΜΟΛΙΝΕΟΣ.

AD CLARISSIMUM VIRUM

D. BONAVENTURAM VULCANIUM.

CONIUNCTAM Marti Venerem quondam indice Phoebō
 Vulcanus tecto ut sensit adulterio,
 Extemplo exarsit; laqueosque et daedala nectens
 Retia, in amplexu detinuit medio,
 Admisitque Deos. Dudum latuere reposti
 Augusti Annales, Persicaque historia,
 Pluraque, museo quae dudum emblemate struxit
 Indelibatus flos populi AGATHIUS,
 Nec spes ulla fuit, posse unquam lumen apisci
 Extracta ex atris Invidiae tenebris,
 Quum tu illa in dias producti luminis auras,
 sent, quae in declive provoluta facile omnes, qui sursum nitabantur,
 collisisset. Idcirco Romani taciti immotique stabant; adeo ut ne

A. C. 556 *δοί τε εἰστήκεσαν καὶ ἀδόνητοι, καὶ αὐτὴν δὴ τὴν τοῦ πνεύ-*
 I. I. 30 *ματος φορὰν ξυστέλλοντες ἡρέμα καὶ ταμιευόμενοι. καὶ ἀγα-*
μαί γε αὐτοὺς ἔγωγε τῆς εὐκοσμίας, ὅτι δὴ ἅπαντες ἅμα
ὥσπερ ἐκ συνθήματος ἐν ἀκαρεῖ χρόνου τοῦ συνοίσοντος ἔστο-
χασμένοι, ἐνεκαρτέρουν τῇ τάξει, καὶ διενουῶντο ἐν ἑαυτοῖς·
 D *ὅποσα φθέγγεσθαι ὁ καιρὸς οὐκ ἐδίδου. οἱ δὲ βάρβαροι, ἐπειδὴ*
αὐτοῖς μηδὲν ὀτιοῦν δεινὸν ὑπεφαίνετο, πάλιν εἰς τὸ προ-
φιλὲς ἐτρέποντο, ἀσμενέστατα καταδαρθένης.

18. *Τότε δὴ οὖν οἱ Ῥωμαῖοι οὕτω δὴ τι αὐτοῖς ἀνει-*
μένως ἀναπανομένοις ἐπιβάντες, ἀπέκτειναν τοὺς τε ἄλλους, 10
καὶ πρὸς γε ἐκείνον τὸν ἡμιάγρουπνον, ὡς ἂν τις αὐτὸν ἐπι-
τωθάζων ἐπικαλέσοι. καὶ τολοῖπὸν ἀδεῶς ἀνὰ τὰ πρόσω χωρη-
 V. 90 *σαντες, ἄμφι τὰς λαύρας τῶν οἰκήσεων ἐσχεδάνοντο· καὶ ἅμα*
ἢ σάλπιγξ ἐπῆδε τὸ ἐνυάλιον. ἀκούσαντες δὲ οἱ Μισιμιανοὶ
κατεπλήττοντο μὲν τῷ παραλόγῳ· τὰ δὲ παρόντα οὐ ξυνιέντες, 15
ὄμως ἀνεγρόμενοι ἐπ' ἀλλήλους φοιτᾶν ἔβητο καὶ ξυναδροί-
 P. 128 *ζεσθαι, ἄλλος ἄλλοθεν διεκπηδῶντες. ἀλλ' οἱ Ῥωμαῖοι ἐν*
αὐτοῖς δὴ τοῖς προθύροις ὑπαντιάζοντες, καὶ ὥσπερ τοῖς ζι-
φρῆσιν αὐτοὺς δεξιούμενοι, πλείστον ὄσον εἰργάζοντο φόνον.
οἱ μὲν γὰρ ἤδη ἐκβάντες εὐθύς ἀνήροητο, ἕτεροι δὲ παρήσαν, 20
καὶ ἄλλοι ἤμελλον, καὶ λώφησις οὐκ ἦν τοῦ κακοῦ, ἀπάντων
ἐπειγομένων. ἤδη δὲ καὶ γύναια πολλὰ διαναστάντα θύραζε
 3. *ἔγωγε* add. ex R. 4. *χρόνου R., χρόνῳ vulg.* 7. *μη-*
δὲν R., οὐδὲν vulg. 9. *τότε δὲ R.* 12. *ἐπικαλέσοι R., ἀποκα-*
λέσοι vulg. 17. *ἄλλος R., ἄλλους vulg.* 21. *ἢ μάλλον R.,*
ἤμελλον in mg.

spiritum quidem emitterent, sed eum in pectore conditum preme-
 rent. Et certe miror ac laudo optimum ipsorum ordinem, quod om-
 nes simul veluti ex pacto uno temporis momento id, quod ex re
 futurum esset, collimantes, in ordine perstiterint, et in animis suis
 cogitarint, quae proloqui tempus non patiebatur. Barbari vero, cum
 nihil incommodi aut periculi animadvertent, rursus ad id, quod
 amicum erat, se convertunt, suavissime dormientes.

19. Tum itaque Romani, illos ita in somnum effusos adorti, tru-
 cidant cum alios tum etiam illum semivigilem, ut aliquis ipsum per
 iocum appellaverit; ac deinceps intrepide progredientes, per vicus do-
 mum diffusi sunt, simulque tuba classicum cecinit; quo exaudito
 Misimiani novitate rei sunt percussi, quo vero in statu res essent
 nescientes, excitati tamen inter sese coire nitentur, et alios aliunde
 prosilientes congregare. At Romani in ipsis vestibulis occurrentes,
 et quodammodo ensibus ipsos excipientes, ingentem stragem ediderunt.
 Alii enim iam egressi statim interficiebantur, et mox alii, rursusque
 alii atque alii; neque ulla erat caedis remissio, omnibus urgentibus.
 Iam vero etiam multae feminae stratis effusae cum magno eiulatu

ξυνέρχεται ὀλοφνύμενα· ἀτὰρ οὐδὲ τούτων ἀπείχοντο εἰς Ῥω- A. C. 556.
 μαῖοι, ὀργῇ φερόμενοι, ἀλλ' ἀμύτατα καὶ αὐταὶ κτεινόμεναι, I. 1. 30
 ἀπῆλαιον τῆς τῶν ἀρῶνων ἀτασθαλίας. μία δέ τις τῶν κομ-
 ψοτέρων δῆδα κατέχουσα καιρομένην, ἐμφανεστάτα ἐπορευέτο
 5 καὶ ἡ μὲν δορατὶ τὴν γαστέρα διατορηθεῖσα, οἰκτρότατα
 ἐτεθνήκει, τῶν δέ τις Ῥωμαίων ἀνελόμενος τὸ λαμπάδιον B
 ἐμβάλλει πῦρ τοῖς περιαυλίμασι. τὰ δὲ, (ξύλοις γὰρ καὶ φο-
 ρητῷ ἐτύγγανον ἐσκευασμένα,) τάχιστα ἐνεπίμπρατο· ἢ τε φλόξ
 ἐς τοσοῦτον μεγέθους ἐξήρθη, ὥς καὶ τῷ Ἀψιλίων ἐθνεὶ καὶ
 10 τοῖς πορρώτερω ἔτι τὰ ποιούμενα διαγγέλλειν. τότε δὲ οὐδ'
 καὶ μᾶλλον οἱ βάρβαροι χύδην ἀπώλλυντο. οἱ μὲν γὰρ οἴκοι
 μεμενηκότες ἐπυρπολοῦντο ἢ κατεχώννυντο· τοῖς δὲ πρὸς τὰ
 ἐκτὸς διεκρίπτουσιν ἐτοιμότερος ὁ ἐκ τῶν ξιφῶν ὄλεθρος
 ἐφείστηκε. παῖδες δὲ πολλοὶ κλανθμυρίζομενοὶ τε καὶ τὰς
 15 τεκούσας ἀναβοῶντες, ἤλίσκοντο καὶ τούτων τοὺς μὲν κατὰ
 τῶν πετρῶν ἀφειδῶς ἀκοντίζοντες, διεσπάραττον· ἔτιοι δὲ C
 ὡσπερ ἐν παιδιᾷ ἐς ὕψος ἀνερῶνιπτοντο, καὶ εἶτα τῷ ἄχθει
 ἀντιφερόμενοι, ὀρθίοις τοῖς δόρασιν ὑποδεχθέντες, ἐν τῷ με-
 τεώρῳ διεπερῶνντο. καὶ ἦν μὲν οὐ πόρρω τῶν εἰκότων χαλε-
 20 παίνειν σφόδρα τοὺς Ῥωμαίους τῷ τῶν Μισιμιανῶν χέτει,
 τοῦ τε Σωτηρίχου ἕκατι, καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς πρέσβεισι παρανο-
 μίας. ἔδει δὲ ὁμως οὐχ ὅσον καὶ ἐς αὐτὰ δὴ τὰ νεογὰ βρέ-

2. αὐταὶ R., αὐταὶ vulg. 9. τοσοῦτο R. 10. πορρῶ. ἔτι R.,
 ἔτι πορρῶ. vulg. 11. ἀπώλλυντο R. 13. διακρίπτουσιν R. 22.
 ἔδει R. et Intpr. non tantopere erat desaeviendum, ἐπει vulg.
 ὅσον R. Lugd. 1. m. et ed. pr., ὅσιον Lugd. mg. et Par.

foras confluebant. Sed neque ab his abstinebant Romani, ira abrepti,
 sed crudelissime etiam haec trucidatae virorum sceleratam proterviam
 luebant. Una autem ex elegantioribus accensam facem manu gestans,
 valde conspicue incedebat. Sed etiam haec hasta ventrem transfossa
 miserrime periit. Romanorum vero quidam arrepta face ignem domi-
 bus immisit; quae ut erant e lignis et stramentis confectae, citissime
 conflagrarunt; et flamma adeo alte sublata est, ut et Apsiliorum genti
 aliisque remotioribus quae gerebantur nuntiaret. Tum quidem et
 multo atrocius barbari passim peribant. Qui enim domi manserant,
 concremabantur, vel aedibus obruebantur; qui vero e domibus pro-
 ruebant, iis paratior ab ensibus interitus imminebat. Multi vero
 pueri vagientes suasque matres inclamantes rapiebantur; atque ex his
 quidem alii petris crudeliter illisi dilaniabantur, alii vero veluti per
 ludum in altum eieci, ac deinde pondere deorsum delati, erectisque
 hastis excepti in sublimi transfigebantur. Et certe Romani, non abs
 re adversus Misimianos adeo ingentem indignationem conceperant,
 cum ob Soterichi caedem, tum ob sceleratum in oratores facinus;
 cum tamen aerarium non esset, in ipsos etiam recens editos infantes,

A. C. 556 φη, καὶ τῶν τοῖς γονεῦσι τετολμημένων οὐδὲν ἐπιστάμενα,
 L. I. 30 παροινεῖν οὕτω καὶ ἀφυβρίξειν. οὐκ οὖν αὐτοῖς οὐδὲ ἀποινεῖ
 τοῦτο ἡμάρτηται.

κ'. Τῆς γὰρ νυκτὸς ἀπάσης ἐν τοιοῦσδε κακοῖς διανοσθεί-
 σης, ἥδη τε δόξαντος τοῦ χωρίου ἐκπεπορθῆσθαι, τότε δὴ⁵
 ἄνδρες τῶν Μισιμιανῶν ἐς πεντακοσίους εὗ μάλα τεθωρακι-
 σμένοι, τοῦ φρουρίου ἐκβάντες, ἐς αὐτὸ δὴ τὸ λυκαυγὲς
 D ἐπέρχονται τοῖς Ῥωμαίοις ἀφυλάκτως διακειμένοις, διὰ τὸ
 οἰεσθαι τελεωτάτα κεκρατημένοι. καὶ πλήττονσι μὲν τοὺς πλεί-
 στους, ἅπαντας δὲ ἐς φυγὴν ἐτρέψαντο, βραιότερον ἐξωθοῦν-10
 τε. οἱ δὲ ζῆν ταραχῇ ἐπὶ τὸ κάταντες ὑπαγόμενοι, συγχῶν
 τε καὶ ποικίλων τραυμάτων ἀνάπλει ἐς τὸ στρατόπεδον ἐπα-
 νῆλθον, τοῖς τε ἀκοντίοις τῶν πολεμίων βληθέντες, καὶ τῷ
 περιπταίειν θυμὰ ταῖς πέτραις διακεχαραγμένοι τὰ σκέλη
 καὶ ἐπ' ἐκεῖνον μὲν αὐθις τὸν σκόπελον ἀνέρπειν ἥκιστα διε-15
 νοοῦντο, τῷ δὲ περιβόλῳ ἐπιφέρεσθαι ἢ μᾶλλον ἐπίμαχος εἶ-
 ναι ἐδόκει, καὶ ἅμα τὴν τάφρον καταχωρῶνται. καὶ τοῖσιν
 P. 129 οἰκίσκους τινὺς καὶ καλύβας πλησιαίτερον τεκτηνόμενοι ἐκ τοῦ
 ἀσφαλοῦς ἐτειχομάχου, μηχαναῖς τε χρωμένοι καὶ τοξεία,
 καὶ ἄλλῃ ὄψουσι τρεπῶ χαλεπωτάτην τοῖς ἔνδοι καὶ ἀνύποι-20
 στον ποιοῦμενοι τὴν πολιορκίαν. οἱ δὲ βάρβαροι ἐμόχθησαν
 μὲν σφόδρα καὶ ἐπιέζοντο, πλὴν ἄλλ' εὐπω ἀνίσταν ἀμυνό-
 μενοι. ἥδη γάρ τινες σπαλίωνα κομίζοντες, ἐπ' ἐκεῖνα δὴ τὰ

4. ἐν τοῖς τοιοῖς R. 5. Pro τε R. δὲ. 22. ἀνίσταν R. (Cl.),
 ἀνέσαν vulg. 23. ἐπ' ἐκεῖνα R. (Cl.), ἐπέκεινα vulg.

quique eorum, quae parentes ipsorum perpetrarant, neutiquam erant
 consilii, usque adeo foede saevire; ita eis factum hoc non impune abiit.

20. Nocte enim tota in hisce malis transacta, cum iam totus
 ille tractus vastatus videretur, tum vero ex Misimianis viri quingenti
 optime armati, praesidio egressi, sub ipsum diluculum Romanos inva-
 dunt, nullas aut exiguas excubias agentes, quod putarent se plenissi-
 ma victoria potitos; et plurimos quidem caedunt, omnes vero in fu-
 gam vertunt, violenter expellentes; illi vero turbulente in praecipiti
 acti, frequentibusque et variis vulneribus pleni, in castra sunt reversi,
 et telis hostium icti, et, quod frequenter in petras offendissent, tibiis
 graviter sauciatis, adeo ut eis denuo in scopulum illum surreptandi ani-
 mus non esset, sed murum potius, qua parte opportunior oppugnationi
 videretur, adoriendi simulque fossam opplendi. Quocirca domunculis
 quibusdam et tuguriis propius structis, e tuto murum oppugna-
 bant, machinis pariter utentes et iaculatione, et alio quovis modo
 gravissimam eis, qui intus erant, intolerabilemque obsidionem efficien-
 tes. Barbari vero vehementer laborabant, graviterque premebantur;
 pondum tamen sese tueri desistebant. Iam enim nonnulli testudinem

τῶν Ῥωμαίων ἐρηκὲς ἐχώρουν ὡς ἅπαντα καταβαλοῦντες. πρὶν A. C. 556
 δὲ δὴ πελάζειν αὐτοὺς καὶ ὑποκρύπτεσθαι, Σουαρούνας τις^{L. I. 30}
 ὄνομα, Σκλάβος ἀγῆρ, ἀφίησι δόρυ τῷ μᾶλλον προφαινο-
 μένῳ, καὶ πλήττει καιρίαν. πεσόντος δὲ ἐκείνου αὐτίκα ἐξε-
 5 τινάχθη ὁ σπαλίων, καὶ ἠρήριπτο ἀνατετραμμένος, καὶ πῶς
 ἐς τἀναντία τοῦ κύτους περιηγμένον, ἀνεκαλύπτοντο οἱ ἄνδρες
 καὶ ἀπεγυμνοῦντο. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ῥαδίως οἱ Ῥωμαῖοι B
 κατακοντίζοντες ἔκτειναν, εἷς δὲ γε ἀποδράς ὄχρητο· καὶ ἤδη
 ἀγχοῦ ἐγεγόνει, καὶ δὴ ἐπέβαινε τῆς πυλίδος. ἀλλὰ τότε ἀθρόον
 10 τοξευθεὶς διαφθείρεται καὶ αὐτοῦ καταπεσῶν, ὑπὲρ τὸν οὐδὸν
 ἔκειτο, ὀλίγον μὲν τι τοῦ σώματος μεθεῖς, τῷ δὲ πλείονι μέ- V. 91
 ρει πρὸς τὰ ἔνδον παρατεταμένος. τοῦτο δὲ ἰδόντες οἱ Μισι-
 μιανοὶ, καὶ σημεῖόν τι, οἶμαι, τῶν ἐσομένων περὶ φρευκτόν
 τε καὶ ἀπαίσιον ἠγησάμενοι, ἄλλως τε καὶ ἀπειροκότες τοῖς
 15 πόνοις, καὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους δυσμενεῖας ἀπαλλαξέοντες,
 μάλιστα ὅτι αὐτοῖς οὐδὲ ἢ ἀπὸ τῶν Περσῶν κατὰ τὸ ξυγκεί-
 μενον ἀφίπτο ἐπικουρία· ταῦτα δὴ οὖν ἀναλογισάμενοι, καὶ τὴν
 οἰκειαν ἀναμετρήσαντες δύναμιν, καὶ ὅτι οὐκ ἀξιόμαχοι ἔσον- C
 τω οὐδὲ περαιτέρω τὸν πόλεμον ὑπομενοῦσι μόλις ἐν τῷ
 20 τότε γοῦν ἀναμνησθέντες, εὐθύς ἐπρεσβεύοντο πρὸς Ἰωάννην,
 καὶ ἔκτενον, μὴ σφᾶς πανωλεθρία διαφθεῖραι, μηδὲ ἀνάστα-
 στον ἄρδην ποιήσασθαι γένος ἐκ παλαιοῦ κατήκοον καὶ ὁμόδο-

2. *Surranus* Intrp. 7. μὲν ins. ex R. 8. ἀποδράς R., ἀπο-
 δράσας vulg. Pro καὶ ἤδη R. καὶ δὴ. 15. δυναστείας R.
 17. ἀναλογισάμενοι R., λογισάμενοι vulg. 20. ἐπρεσβεύοντο
 αὐθις R., Intrp. particulam omittit.

portantes ad Romanorum munitiones se conferebant, tanquam omnia demolituri. Priusquam vero appropinquarent atque obtegerentur, Suarunas quidam nomine, vir Sclavus, hastam iacit in eum, qui minus tectus erat, et ferit letaliter; quo collapse, statim excussa est testudo, inversaque corruit; atque ita resupinato eius sinu et capacitate, detecti sunt nudatiq̄ viri, quos Romani facile iaculis petentes interfecerunt. Unus autem ex iis fuga evaserat, et iam propius ad praesidium venerat, postulamque ingrediebatur; sed tum frequentibus sagittis iatus interiit, ibique corruens, in limine iacebat, exigua quidem aliqua corporis parte foris relicta, maiore vero sui parte introrsum porrectus. Id vero conspicati Misimiani, et infaustum ac triste de futuris omen esse interpretati, et alioqui desperantes etiam laboribus, et redeundi in gratiam cum Romanis cupidi, praecipue quod neque ipsis auxilia a Persis prout convenerat venissent: haec, inquam, secum reputantes suasque vires perpendentes, quod Romanis impares essent, neque diutius bellum sustinere possent, tum demum aegre ad sanio rem redeunt, confestim oratores ad Ioannem miserunt precatum, ne se ad internecionem perderet, neque

- A. C. 556 ζον τὰ ἐς τὸ θελον καὶ πλεῖστα ὄσα προηδικημένον, οὕτω τε
 I. I. 30 ἐληλυθὸς ἐς τὸ ἀντιδρᾶσαι, βαρβάρῳ καὶ τοῦτο ἀνοίει· οὐ μὴν
 παντάπασι γε φειδοῦς καὶ συγγνώμης ἀνάξιοι ἔφρασκον εἶναι,
 τοσαῦτα ἤδη δεινὰ πεπονθότες, καὶ μεγίστας πονῶς ἀναπλή-
 σαντες, καταφλεχθεῖσης μὲν αὐτοῖς τῆς τοῦ φρουρίου περιου-
 5 **D** κιδος, ἀνδρῶν δὲ ἡβώντων οὐ μείον ἢ πεντακισχιλίῳ ἀπολω-
 λότων, γυναικῶν δὲ πολλῇ πλείονων, καὶ παιδῶν ἔτι πλείονων,
 ὡς ὀλίγου γε δεῖν ἅπαν διαρρῶναι τὸ φύλον. ὁ δὲ Ἰωάννης
 ἀσμενέστατα προσήκατο τὴν ἰκετείαν, τοῦ τε μὴ ἐπι πλείστον
 ἐν χωρίῳ ἐρημῇ καὶ δυσχειμέρῳ ἅμα τῇ στρατιᾷ διακινδύ-
 10 νεύειν, καὶ οὐ ἀποχρώντως ὡς ἀληθῶς οἱ ἡμαρτηκότες ἐτε-
 τιμώρητο. τοιγάρτοι ὁμήρους λαβῶν, καὶ τὰ χρήματα ὅποσα ὁ
 Σωτήριχος ἐπέφερετο, τὰ τε ἄλλα καὶ πρὸς γε τὸ ἐκ βασιλείως
 χρυσοῖν ἦν δὲ ἐν νομίμασιν ἐντελέσει τε καὶ ἀκιβδηλοῖς δια-
 15 **P.** 130 τα δὴ οὖν ἀπειληφῶς καὶ λείαν πολλὴν περιβαλλόμενος, ἐφῆ-
 κε μὲν αὐτοῖς ἀδεῶς αἰθῆς τὰ σφέτερα νέμεσθαι, καὶ τὸν
 πρότερον ἀνανεώσασθαι βίον. αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν Κολχίδα γῆν
 ἐπανῆκεν, κλεινὸν ἅμα καὶ ἀγέρωχον, καὶ μόνοις τριάκοντα
 ἀνδράσιν ἐζημιωμένον ἀποκομίσας τὸ στράτευμα. 20
 κά. Μετὰ δὲ ταῦτα βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς, καθελὼν παν-
 τάπασι τῆς ἀρχῆς τὸν Μαρτῖνον, ὁ δὲ Ἰουστῖνον τὸν Γερμα-
 2. μὴ R. 5. τῆς τοῦ φρ. περ. R., -τῆς π. τ. φρ. vulg. 8.
 γε om. R. 14. τε add. ex R. 16. περιβαλλόμενος R.

funditus extirparet gentem, iam ab antiquo Romanis subditam, et in religione cum ipsis convenientem, quaeque quamplurimis iniuriis provocata, tandem ad rependendas illas accesserit, atque hoc quidem barbara quadam amentia; commiseratione tamen veniaque se non prorsus indignos dicebant, qui adeo iam atrocia mala essent perpessi adeoque graves poenas luissent; utpote circumiectis praesidio habitationibus incendio absumptis, et virorum aetate florentium non minus quinque millibus interfectis, feminis vero multo pluribus et pueris adhuc pluribus: adeo ut parum absit, quin universa Misimianorum gens sit deleta. Ioannes vero libentissime supplices preces admisit, partim ne diutius in loco deserto et praealguido cum exercitu periclitaretur, partim quod revera iam satis poenarum, qui deliquerant, dedissent. Acceptis itaque obsidibus omniique pecunia, quam Soterichus secum attulerat, aliisque rebus, et praeterea Imperatorio auro (erant vero nummi integri ac probi ad duas myriades, octies mille et octingenti) his, inquam, omnibus acceptis, multaque praeda adiecta, permisit, ut intrepide rursus sua colerent, et pristinum vivendi genus instaurarent. Ipse vero in Colchicam regionem est reversus, inclitum gloriosumque exercitum reducens, solis XXX. viris desideratis.

21. Post haec Imperator Iustinianus Martinum praefectura in universum submovit, inque eius locum Iustinum Germani filium suf-

νοῦ καθίστησιν ἀντ' αὐτοῦ στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῶν τε A. C. 556
κατὰ τὴν Κολχίδα χώραν καὶ τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ ταγμάτων. I. I. 30
ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ πρότερον οὐ μάλα πρὸς θυμοῦ πρωτεύ-
ειν ἐκείνον ἀπάντων καὶ ἐξηγεῖσθαι, ὡς δὴ τῆς κατὰ Γουβὰ B
5 ζου ἐπιβουλῆς οὐκ ἐλάχιστον μέρος γεγενημένον. κατελγε δὲ
τέως τὴν γνώμην καὶ ὑπελάνθανε, μὴ χρῆναι οἰόμενος ἀνα-
κινῆσαι τὸ ἄρχον καὶ μετασκευάσασθαι ταραττομένων ἔτι
τῶν τῆδε πραγμάτων, καὶ μάλιστα τῆς στρατιᾶς ἡδομένων
τῷ Μαρτίνῳ, διὰ τε τὴν τῶν πολεμικῶν ἔργων ἐμπειρίαν
10 καὶ τὸ ἕκαστα ἐν δέοντι διατάττειν. οὐ δὲ ἔνεκα, οἶμαι, καὶ
δισσέσωστο, ἐπεὶ ἂν καὶ αὐτὸς Ἰωάννη τε καὶ Ρουστίκῳ ξυ-
ετηθῆναι· νῦν δὲ ὥσπερ αἰδοῖ τῶν τροπαίων καὶ τῆς εὐβου-
λίας, ἣ δὴ παρὰ τοὺς κινδύνους ἐχρηῆτο, ὑφελὼν ἡρέμα καὶ
ὑποχαλάσας τοῦ νόμου τὸ λίαν ἀκριβὲς καὶ ἀτιθάσειτον, ἐ-
15 φῆκε μὲν τὸ ἐπίκλημα, ἄρχειν δὲ οὐ ξυνεχώρει ἀλλὰ ἰδι- C
ωτεύειν ἐκέλευεν, ἄρχειν ἡγούμενος ἀτιμία γε αὐτὸν τιμα-
ρῆσασθαι, εἰ καὶ τοσοῦτον μιάσματος μετειλῆχει. ἐπειδὴ οὖν
οἱ τε Πέρσαι ἡρέμον, καὶ ἐκχειρίᾳ ἐφίκει τὸ χρῆμα, τότε
δὴ τὸν μὲν ἀπεώσατο, Ἰουστίνον δὲ προσήκοντά τε οἱ ὡς ἐγ-
20 γούτατα κατὰ γένος, καὶ ἄλλως ὀνομαστότατον ἐν τῷ τότε εἶ-
ναι δοκοῦντα, μετάκλητον ἐν Βυζαντίῳ ποιησάμενος, ἅπασάν
5. δὲ om. R. 8. καὶ μάλιστα R., μάλ. καὶ vulg. τῆς στρα-
τιᾶς R. et Lugd., τῶν τῆς στρ. edd. ex con. Vulc. 11. συν-
ετ. vulg. 14. τοῦνομα R. pro τοῦ νόμου. ἀτιθάσειτον vulg.
18. τε add. ex R.

fecit, qui omnibus per Colchicam regionem et Armeniam legionibus cum plena absolutaque potestate praeeset. Neque enim ipsi etiam antea valde gratum erat, Martinum primas obtinere omnibusque imperare, quippe qui fraudis in Gubazen structae non minima pars fuerat; mentem tamen suam tegebat, consiliumque occultabat ad tempus, nequaquam concitandum aut immutandum principatum esse ratus, rebus adhuc eo loci perturbatis, praecipue cum gratiosus apud exercitum esset Martinus, cum ob rei bellicae peritiam, tum quod opportune singula ordinaret. Quae quidem res saluti ei, ut arbitrator, fuit: nam alioquin etiam ipsi cum Ioanne et Rustico moriendum fuisset. Nunc vero reverentia quadam victoriarum et prudentiae, qua in quovis discrimine aedeundo utebatur, de summo iure nonnihil detrahens, legisque rigiditatem austeritatemque temperans atque edulcans, crimen quidem ei remisit, imperare autem non permisit, sed privatam vitam agere iussit, sufficere ratus, si ipsum ignominia afficeret, etiam si tanti sceleris particeps fuisset. Cum itaque Persae quiscerent, statusque rerum induciis esset similis, hunc quidem submovit, Iustino vero, arctissima propinquitate generis sibi coniuncto, et alioquin maximi per id tempus nominis, Byzantium ad se evocato, universum imperium detulit, rursusque ad Colchos misit, omnia deinceps modera-

- A. C. 556 τε αὐτῷ παραδίδωσι τὴν ἀρχὴν, καὶ αὐθις ἐς Κόλχους ἐκ-
 I. I. 30 πέμπει τοῖς ἐφεξῆς ἀρμολύμενον. ἦν δέ τις ἐν τῷ ἀμφ' αὐ-
 τὸν ὀμίλῳ Ἰωάννης ὄνομα, Αἰβυς ἀνὴρ, ἀφανὴς μὲν τὰ
 πρῶτα καὶ πενιχρότατος, ὡς καὶ τοῦ ἀποζῆν ἔνεκα μισθαρνεῖν
 Δετέρῳ τῷ καὶ ξυνέπεσθαι τῶν θορυφῶρων. καὶ τὰς τῶν θερα-5
 πόντων στέγειν ὀδύνας, οὐ πολλῶ δὲ ὕστερον ἐπὶ μέγα πλοῦτου
 τε καὶ ἀλαζονείας ἤρμενος. πλείστα γὰρ ὅσα μηχανησάμενος,
 V. 92 καὶ διὰ ποικίλης χωρήσας ἐννοίας, γνωρίζεται οὐκ ἐς μακρὰν
 τῷ Ἰουστίνῳ, κάκιστος δὲ ὢν καὶ πανουργότατος, καὶ ὁἷος οὐ-
 δὲν ὄτιρῦν τῶν ἀδίκων τε καὶ ἀνοσιῶν ἐγγειρημάτων κέρδουςι 10
 ἕκατι ἀπαναίνεσθαι, ἤγχιόν τι μέτρον χρυσοῦ αἰτεῖ τὸν στρατη-
 γόν, ὁμολογῶν, εἰ κομίσοιτο, αὐτῷ τε τῷ παρασχόντι ἐς ὅσον
 ἂν ἔλοιτο χρόνον τὰ ἐπιτήδεια προσφόρως ἐκποριεῖσθαι, καὶ
 πρὸς γε θύσον παρτῆν θητικόν τε καὶ δοῦλον, καὶ ὅσοι ἄλλοι
 P. 131 ὀπαδοί τε καὶ ὑπηρέται καὶ δορυφόροι, ἀλλὰ καὶ τοῦσδε ἄ-15
 παντας τῆς προσηκούσης τροφῆς ἐμπιπλάναι. ταῦτα δὲ πράτ-
 των ἐπηγγέλλετο οὐ μόνον ἀποσῶσειν τὸ χρυσίον ἅπαν καὶ
 ἀντικαθεῖναι ὀπόσον ἂν λάβοι, ἐντελὲς καὶ ἀλώβητον, ὥσπερ
 ἐκδεδανεισμένον, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕτερον προσεπιδούναι. καὶ ἔ-
 δάκει μὲν τοῖς πολλοῖς κόμπος εἶναι καὶ ὅλον αἰνίγμα τὸ εἶρη-20
 μένον· ὁ δὲ Ἰουστίνος, καίτοι δέον αὐτὸν νεμεσῆσαι τῇ τοῦ

2. ἦν δέ τις. Haec omnia usque ad ἐπιχειρητέα p. 255. ed. Bonn.
 v. 23. om. Intpr. 3. ἀνηρόν R. 5. ἐτέρῳ τε R. 11. μέρος R.
 13. ἔληρον R. 17. ἀποσῶσειν R. et Lugd. 1. m., ἀποδώσειν vulg.
 ex corr. Lugd. 18. ἀντικαταθεῖναι conl. Cl. λάβη R.

turum. Erat autem quidam in turba ipsum sequente, Iovianes nomi-
 ne, Afer, vir obscurus quidem initio et pauperrimus, adeo ut vi-
 ctus quaerendi causa alteri cuiquam mercenariam suam operam loca-
 ret, et satellites sectaretur, et ministrorum labores subiret, non
 multo autem post ad summas opes et fastum elatus. Quamplurimas
 enim technas commentaque cum excogitasset, innotescit brevi post
 tempore Iustino, nequissimus alioqui existens et versutissimus, qui-
 que nullum plane iniquum improbumque factum quaestus causa re-
 cusaret. Is certam quandam auri summam a praefecto petit, spon-
 dens, si eam auferret, et ipsi, qui eam daret, in quantum vellet tem-
 pus commeatum commode suppeditaturum, et praeterea quidquid
 ipsi aderat famulorum et servorum, quotquot etiam erant domestici et
 ministri ac satellites, omnes hos necessario victu repleturum. At-
 que haec quidem faciens promittebat, se non solum aurum univer-
 sum redditurum, et repositurum, quantum accepisset, integrum ne-
 que imminutum, ut mutuo datum, sed et aliud usurae nomine su-
 peradditurum. Et videbatur quidem multis inanis quaedam iactan-
 tia et aenigmati affine dictum: Iustinus vero, cum oportuisset
 cum offendi. Afri illius ineptiis, scientem, quod promissa praestare

Αἴβυρος ἀβελτηρία, ἐπιστάμενον ὡς οὐκ ἂν τὴν ὑπόσχεσιν δια- A. C. 556
 νύσειεν μὴ ἄδικα δρῶν καὶ βίαια ἔργα, καὶ παρανόμοις τισὶν I. I. 30
 ἐμπορίαις λυμαινόμενος ἅπαντας, οἷς ἂν δμιλήσειεν ὁ δὲ προσ-
 ἤκατό τε τοὺς λόγους, καὶ τὸ χρυσίον παραδούς ἐπὶ ταῖς Β
 5 ξυνθήκαις ἐφίησιν αὐτῷ πράττειν ὃ, τι καὶ βούλοιο.

κβ. Τότε δὴ οὖν ὁ Ἰωάννης ταῖς Ῥωμαϊκαῖς κόμαις ἐπι-
 φοιτῶν, ὁπόσαι ἀνὰ τὴν πορείαν ἐτύγγαρον ἰδρυμένοι, καὶ
 τοὺς οὐκ ἴστας ἀγείρων, οἳ μὲν βόες ἀφθονοὶ οὐκ ἦσαν, ὁ δὲ
 τούτων δεῖσθαι τὸ στρατόπεδον ἐδημηγόρει. καὶ τοίνυν εἴκοσι
 10 ἰτάλαντα προφέρων, „τοσούτων ὑμᾶς” ἐφασκεν „ἀνάγκη χρη-
 μάτων ἀποδόσθαι καὶ μεῖον οὐκ ἔνεστιν. ἀλλὰ τὸ τίμημα δέ-
 χεσθε πρότερον, καὶ ὅπως μοι τὴν ταχίστην ἅπαντας τοὺς βό-
 ας ἀποκομιεῖτε.” τῶν δὲ ἱκετευόντων ἀνεῖναι καὶ ἐπομνυμέ-
 νων, ἧ μὴν μὴδὲ ὅσον ἄροῦν τὰ λήϊα ἀποχρώντως κεκτῆσθαι,
 15 ἀνένευε μάλα σεμνῶς ὁ κατάρατος, καὶ δεινὰ ἐποιεῖτο εἰ μη- C
 δὲ πρίασθαι τῷ στρατηγῷ ἔξειη τὰ ἐπιτήδεια. καὶ ἐς τοσοῦ-
 τον ἐνέκειτο χαλεπαίνων, ἕως ἐκεῖνοι τὰ τιμιώτατα τῶν κτη-
 μάτων ἀπεμπολήσαντες, καὶ χρυσίον, ὅσον οἶόν τε ἦν αὐτοῖς,
 συναρμισάμενοι, παρῆσχον τῷ κακοδαίμονι λύτρα τοῦ ἐπι-
 20 τάγματος. πάλιν δὲ ἐνθένδε ἰὼν καὶ ἐτέρωθι παραγεγόμενος,
 ἔνθα καμῆλων τυχὸν ἧ ὄρεων οὐδὲ ὄνομα ἠκούετο, ὁ δὲ τού-
 των ἔνεκα ἦκειν ἐβόα, καὶ τοῖς ὁμοίοις χρώμενος πάλιν ἐπε-
 10. Pro ὑμᾶς R. ἡμῶν. 11. δέχεσθαι R. 15. μάλα R., μάλιστα
 vulg. μὴδὲ R., μὴ vulg. 16. δς R. pro ἐς. 18. αὐτοῖς om. R.
 19. συναρμισάμενοι R., ἐρανισάμενοι vulg. 20. ἐτέρωθεν
 R. παραγεγόμενος R., παραγιγόμενος vulg.

non posset, nisi iniusta et violenta opera exercens, et illegitimis quibusdam negotiationibus omnes, quibuscum ei res esset, perderet, rationes illius admisit, auroque ei numerato permittit, ut de quibus inter ipsos convenerat faceret, quod vellet.

22. Tunc itaque Ioannes pagos Romanorum, quotquot in itinere siti erant, accedens, convocatis incolis, ubi quidem boum copia non erat, ipse exercitum suis egere pro concione dicebat. Viginti igitur talenta proferens „Pro hac (inquirebat) summa oportet vos boves tradere, minus non licet; sed pretium prius accipite, ut mihi quam citissime omnes boves sistatis.“ Illis vero precantibus, ut remitteret, et iurantibus, boves, quos haberent, arandis ipsorum agris non sufficere, severe admodum renuebat sceleratus, et graves minas addebat, si non liceret praefecto exercitus necessarium comestum comēre; adeoque indignabundus rem exaggerabat, donec illi pretiosissimis suis rebus divenditis, auriq̄ue summa quantum fieri poterat maxima conflata, mandatum a nefario illo redimebant. Inde vero rursum profectus, cum alio venisset, ubi camelorum aut mulorum nomen ne auditum quidem erat, ipse eorum causa se venire clama-

- A. C. 556 δαίκνυς χρυσίον, καὶ πάλιν λαβῶν ἀπεχώρει. οὕτω δὲ οὖν
 I. I. 30 ἀπανταχοῦ περινοστώων καὶ ἀναζητῶων τὰ μὴ παρόντα, καὶ
 D μῆδὲν μῆτε ἀπεμπολήσας πώποτε, μῆτε πριύμενος, μῆτε ἄλλως
 πως ξυμβαλὼν, ἤργυρολόγει καὶ εἰσέπραττε τοὺς μῆδὲν ὄτι-
 οὖν ἐπωφληκότας, τάχιστα τε ἤδη τὸ ἀρχαῖον ἐδιπλασιάζετο 5
 τοῖς προσγινομένοις. ἐπειδὴ δὲ ἐς Κόλχους ἀφίκετο, ταῦτά
 τε ἐπρασε, καὶ πρὸς γε ναὺς φορτίδας οὐκ οἶδα ὅπως ἐπι-
 κτησάμενος, καὶ τοὺς καρπούς τοὺς ἐπιχωρίους βιαιότατα
 ξυναθροῶων, καὶ πολλὰ ἐλαχίστον ἀνούμενος, ἐς τὴν ἄλλο-
 δαπὴν ἐξεφόρει καὶ διεπίπρασε. σπάνις μὲν οὖν τῶν ἀ-10
 ναγκαίων εἰκότως ἐπεγίγνετο τοῖς στρατεύμασιν, ὡς καὶ πύας
 εἶναι ὠνίους. ὁ δὲ μιαρὸς ἐκεῖνος μεταβολεὺς καὶ παλιγκά-
 πηλος μέγιστα κέρδη προσεποιεῖτο. ἐκ τούτων δὲ οὖν τῶν
 P. 132 πόρων τὰ ξυγκείμενα πρὸς Ἰουσιῖνον ἐπετέλει, τὰς τε τρο-
 φὰς παρεχόμενος καὶ τῷ προτέρῳ χρυσίῳ προσεπιβάλλων. 15
 ὁ δὲ, καίτοι γινώσκων τὰ ποιούμενα, πολλάκις τε τῶν λεη-
 λατουμένων ὡς αὐτὸν ἰόντων καὶ σὺν ὄλοφυρμῇ προκαλιν-
 δουμένων, λώφησίν τε γενέσθαι σφίσι τῶν κακῶν ἀπιβολούν-
 των, ὅμως τῶν ὄδυρμῶν καὶ δακρύων ὀλίγα φροντίσας, ἤ-
 σθιεν ἀδεῶς ἐκ τῶν ἀδικημάτων, καὶ ἤδετο μὲν ἀπριάτην 20
 εὐωχούμενος, καὶ πρὸς γε μεστὸν κατὰ τὸ πλεόν καὶ ἐμβρι-
 2. ἀπανταχεῖ R. 4. τοὺς μῆδὲν R., τοὺς οὐ μῆδὲν vulg.
 6. ἀφίκοντο R. ταῦτά τε R., ταῦτά τε Lugd. et ed. pr., τ' αὐτά
 γ' sph. Par. 7. γενναῖς R. pro γε ναῦς. 8. βεβαιότατα R.
 13. καὶ ante ἐκ ins. R. 18. σφίσι add. ex R.

bat, iisdemque rursus verbis utens, aurum ostendebat, rursusque accepto auro discedebat. In hunc ergo modum cum omnes vicos et pagos obiret, quaerens atque exigens, quae non habebant, et neque venderet quicquam uspiam, neque emeret, neque alioqui contractum ullum iniret, pecunias exigebat et corradebat ab iis, ad quos nulla plane redibat utilitas, celerrimeque iam sors ipsa sive caput accessione nova conduplicabatur. Postquam vero ad Colchos pervenit, eadem fecit, et praeterea conquisitis nescio qua ratione navibus onerariis, fructus patrios illius violentissime collegit, multaque vilissimo pretio coëmens, in exteras terras exportabat ac divendebat. Penuria itaque rerum necessariorum exercitus premebatur, adeo ut etiam herbae essent venales. At scelestus ille venaliciarius et dardanarius ingentem quaestum faciebat. Ex his itaque opibus pacta Iustino persolvebat, et commeatum suppeditans, et priorem auri summam cum foenore reddens. Iustinus vero, tametsi quid ageretur non ignoraret, frequenterque ad ipsum euntibus hominibus, quos iste erat depraedatus, et ad pedes ipsius cum lamentatione provolutis, utque extorsionum remissio fieret obsecrantibus, parvi tamen lamenta lacrimasque faciens, citra metum inique partis vescebatur gaudebatque et inemtis epulis fruens, et praeterea pleniorum gravioremque

θρόστερον ποιῶν τὸ φασκῶλιον. ἡμελλε δὲ ἄρα χρόνῳ ὕστε- A.C. 556
 ρον ποινὰς μεγάλας ἠλίκα ἀποτινῆναι. εἰ γὰρ καὶ μυρούς I.I. 30
 μετὰ ταῦτα διήνως πόνουσ, καὶ μέγιστον ἤρατο κλέος ἀμφὶ
 τὸν Ἰστρὸν ποταμὸν, τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς ἀνακό-
 5πτων, ἀλλ' οὐδὲν ἐνθένδε ἢ τοῦ κρείττονος ἐδωπεύετο δίκη, B
 οὐδὲ τούτοις ἐκεῖνα ἐπεκαλύπτετο· ἔμενε δὲ, οἶμαι, ἡρεμοῦν-
 τα καὶ ἐφυλάττετο μόνιμα καὶ ἀνώγραπτα μέχρι τοῦ και-
 ροῦ τοῦ καθήκοντος. οὐ γὰρ ἅμα τῷ πλημμελεῖν καὶ τὰς V. 93
 τιμωρίας ἀναμετρεῖσθαι πεφύκαμεν, μετὰ χρόνον δὲ ὡς τὰ
 10πολλὰ καὶ ἴσως ἤνικα τῶν εἰργασμένων ἐπιλελήσμεθα. καὶ
 ἀνιώμεθα μὲν τὸ παραντίκα τοῖς καθ' ἡμῶν γιγνομένοις, ὡς
 παραλόγως καὶ οὐκ ἐν δίκῃ συμβεβηκόσι, καὶ καταιτιώμεθα
 φθόρους ἀνθρωπείους τυχόν καὶ δυσμενεῖας, ὡς ἐκ τούτων
 οὐ προσήκοντα πεπονθότες· τὸ δὲ ξυνέχον ἡμᾶς καὶ διατάτ-
 15τιον ἐπίσταται τὸ πρόπον ἐκάστῳ καὶ ὀφειλόμενον, καὶ τρῶπῳ
 ὅτῳ καὶ βούλεται μέτεισι καὶ ἀνιχνεύει τὰ πολλῶν ἔμπροσθεν C
 ἡμαρτημένα. ἀλλ' ὅποια μὲν ἅττα ἐπὶ Ἰουστινῷ ὕστερον ξυν-
 ηνέχθη καὶ ὅπως αὐτῷ ἢ τοῦ βίου καὶ τῆς τοσαύτης εὐδαι-
 μονίας κατάλυσις ἀδόκητος ἐπεγένετο, εἰρήσεται μοι ἐς τὸ
 20ἀκριβὲς ἕκαστα, ἤνικα ὁ λόγος ὀδῶν ἰὼν ἀκολουθῶς καὶ διὰ
 τῶν αἰεὶ ἐχομένων φερόμενος, ἐς ἐκεῖνο τοῦ χρόνον περιεγε-
 χθεῖν. νῦν δὲ ἀνὰ τὰ πρότερά μοι ἐπανιτέον, καὶ τοῖς ἐξῆς
 ἐπιχειρητέα.

1. φασκῶλιον R. 16. ὅτε R.

crumenam reddens. Successu vero temporis graves poenas erat per-
 soluturus. Tametsi enim infinitos posthaec labores exantlavit, maxi-
 mamque gloriam est consecutus circa Istrum fluvium, barbarorum
 insultus retardens: sed nihil inde divina vindicta est emollita, ne-
 que his illa obiecta fuerunt; manserunt vero, arbitror, quieti, et me-
 moriae firmiter infixi, in opportunum tempus sunt custodita. Neque
 enim simulatque delinquimus, poena statim irrogari solet, sed ple-
 rumque post aliquod tempus, cumque fortassis eorum, quae perpe-
 travimus, sumus obliti: et dolemus quidem illico ob mala, quae no-
 bis accidunt, perinde ac si immerentes iniusteque iis premamur,
 atque incusamus quidem hominum invidiam fortassis et inimici-
 tiam, tanquam ab iis indignis malis affecti. Deus vero, in cuius
 manu atque imperio sumus, scit quid cuique conveniat et debeatur,
 et quo ipsi visum est modo, persequitur atque investigat peccata, quae
 multo antea tempore sunt commissa. Ceterum qualia Iustino post-
 modum acciderint, et qualem ipsius et vita tantaque felicitas ino-
 pinatum exitum habuerit, dicentur a me accurate singula, quando
 sermo suo consequenter ordine procedens, et continuatam inciden-
 tium rerum seriem persequens, ad illa tempora fuerit perductus.
 Nunc vero ad priora mihi est redeundum, reliqua quoque sunt prosequenda.

- A. C. 556 κγ'. Ὡς γὰρ τῶν ἐν Λαζικῇ πραγμάτων ἐχόντων, καὶ
 I. I. 30 Ἰουστίνου ἐπὶ πᾶσι στρατηγοῦ καταστάτους, οὔτε οἱ Πέρσαι
 ὡς ἀναμαχοῦμενοι παρεσκευάζοντο, καὶ μέντοι οὐδὲ οἱ Ῥω-
 μαῖοι ἐπήεσαν· ἀλλὰ προφυλακῶς μὲν ἀμφοτέροι ἐποιοῦντο,
 D καὶ τὰ ἀλλήλων βουλευμάτα ἐς ἄσπονδον ἐνῆν ἀπεσκόπουσαν καὶ
 διεπυθάνοντο· μάχης δὲ οὐδὲ ὁπότεροι ἤρχοντο, ἀλλ' ἔμενον
 ἡσυχῇ· αὐτομάτως, ὡς περ ἀμέλει τοῦτο ξυνοδοῦν, διωρισμένον.
 Χοσρόης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ἐπειδὴ ἐπέπυστο τὰ πρὸς τῷ
 Φάσιδι ξυμβεβηκότα, καὶ ὅτι φηγὰς ἐκ τῆς μάχης ὁ Ναχορα-
 γὰν ἐγεγόνει, αὐτίκα ἐξ Ἰβηρίας αὐτὸν μετακαλεσάμενος, ὡμώ-10
 τατα μετήλθε κατὰ τὸν πάτριον νόμον. οὐ γὰρ ἀποχωρῶσαν
 ᾤετο εἶναι ποιήν τῆς ἀνανδρίας τὸ οὕτω γοῦν αὐτὸν ἀπλῶς
 ἀποκτείνειν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀγένης τὸ δέρμα διαχαράξας ἀπέ-
 P. 133 δεῖρειν ἅπαν μέχρι τοῖν ποδοῖν, καὶ ἀφείλετο τῶν σαρκῶν
 πρὸς τὰ ἔνδον ἀνεστραμμένον, ὡς καὶ τοὺς τύπους τῶν μοριῶν
 15 ἐς τοῦμπάλιν ἀποφαίνεσθαι, καὶ δίκην ἄσκού ἡρέμα ἐμπνε-
 σθὲν ὑπὲρ σκόλοπός τινος ἀνηρτήσθαι, οἰκτρόν τι θέαμα καὶ
 μισαρώτατον, καὶ πρῶτον, οἶμαι, Σαπώρη ἐκεῖνῳ τῷ πολλῷ ἔμ-
 προσθεν Χοσρόου Περσῶν βεβασιλευκότι τετολημμένον. τὰ μὲν
 γὰρ ἐπὶ Μαρσῶν θρυλλούμενα τῷ Φρυγί, ὡς ἐρεῖς αὐτῷ πρὸς 20
 Ἀπόλλωνα ξυνέστη ὑπὲρ τῶν αὐλῶν καὶ τῆς αὐλητικῆς ἐπι-

1. τῶν om. R. 3. παρασκευάζοντο R. 15. ἀναστραμ-
 μένον R. 16. ἀποφαίνεσθαι R., ὑποφαίνεσθαι vulg. 17.
 ὑπὲρ R. et Intrp. super, ὑπὸ vulg. 18. Σαβώρη R., Σα-
 βόρη vulg., Savorum Intrp. At infra R. recte Σαπώρην scribit.
 20. Μαρσῶν R.

23. Cum enim res in Lazica regione ita se haberent, et Iu-
 stinus iam omnibus in praefectum esset constitutus, neque Persae
 tanquam bellum instauraturi sese appararent, neque Romani in eos
 moverent, sed utrimque diligenter excubarent, mutuaque consilia,
 quantum fieri poterat, observarent atque explorarent; nulli horum bel-
 landi initium faciebant, sed quieti manebant, perinde ac si communi
 sententia ita decretum esset. Chosroes vero, Persarum rex, simulatque
 cognovit, quae apud Phasidem accidissent, quodque Nachoragan fugiens
 proelio excessisset, confestim eum ex Iberia revocatum crudelissimo
 supplicio iuxta patriam legem affecit. Neque enim satis esse
 putabat, si illius ignaviam simplici mortis genere puniret, sed a sum-
 ma cervice cutem ei ad imos pedes detrahens, a carnibus avulsit,
 introrsum inversam, ita ut etiam formae membrorum inversae con-
 spicerentur, atque ita instar utris sensim inflatam, e scopulo quod-
 dam suspendi iussit; miserabile quoddam et foedum spectaculum,
 cuius primus, uti arbitror, Sapore ille, qui multo ante Chosroem tem-
 pore apud Persas regnavit, infamis auctor fuit. Quae enim de Mar-
 sa Phryge sunt litteris prodita, quod contentio ei intercesserit cum

στήμης, ὅτε τε ἡσσήθη ἀνὰ κράτος ὁ Μαρσύας, καὶ μάλα A. C. 556
δικαίως, ἅτε δῆθεν, εἰ μὴ λίαν εὐήθεις εἰπεῖν, οἰκείῳ θεῷ I. I. 30
ἀνταυλήσας, καὶ ὡς τήνδε ἀνέπλησος τὴν τιμωρίαν τῆς προπε-
τείας ὑπὸ τοῦ νενικηκότος, ἀποδαρὲν αὐτῷ ἅπαν τὸ δέρμα καὶ B
5 ἐπὶ δένδρου ἠωρημένον· ταῦτα δὲ ὄν ἅπαντα ποιητῶν ἂν
εἶη τερατεία καὶ μῦθοι καὶ παίγνια, οὔτε τῶν ἀληθῶν, οὔτε
τῶν εἰκότων ἐστοχασμένα. εἶγε ἀνλητὴν φασὶ τὸν Ἀπόλλω
γεγονέναι, καὶ ἀμιλλώμενον ἐπὶ τῇ τέχνῃ, καὶ ἐς τοσοῦτο μετὰ
τὴν νίκην χαλεπήναντα, ὡς ἀνοσίαν οὕτω καὶ μανιωδῆ ποιήν
10 ἰοεπαγαγεῖν τῷ ἡττημένῳ· πῶς δὲ ἂν καὶ ἤρσκεν αὐτὸν ἐκ
τοῦ μετεώρου φαινόμενον τῆς ἀπανθρωπίας τὸ κατηγορήμα;
ταῦτα γὰρ οἱ τε πρότερον ποιηταὶ ἄδουσι, καὶ οἱ νέοι παρα-
λαβόντες συναδουσι. ὣν δὲ καὶ Νόννος, ὁ ἐκ τῆς Πανὸς τῆς
Αἰγυπτίας γεγενημένος, ἔν τινι τῶν οἰκείων ποιημάτων, ἄπερ
15 αὐτῷ Διονυσιακὰ ἐπωνόμασται, οὐκ οἶδα ἐφ' ὅτῳ ὀλίγα ἄττα C
τοῦ Ἀπόλλωνος περὶ ἀφηγησάμενος, (οὐ γὰρ δὲ τῶν προηγου-
μένων ἐπῶν ἐπιμέμημαι,) εἶτα ἐπάγει·

Ἐξότε Μαρσύαο θεημάχον αὐλὸν ἐλέγξας,

Δέρμα παρηώρησε φυτῷ κολπούμενον αὔραις.

20 ὡς μὲν οὖν ἐξ ἐκείνου τὸ μίasma τοῦτο οὐπω τῷ ἀνθρωπείῳ

2. θεῶν R. 6. τερατεία R., τεράστια vulg. et Intpr. miracula.
7. εἶτε R. 13. ὦν R. et Intpr. quos inter, φ vulg. 18. Dio-
nys. I. 42. 43. Omissum esse ab Agathia versum qui hos excipit:
Γυμνώσας θλα γυῖα λιποθῆνιοιο νομῆος, non credo. 19. Δέρμ
Lugd. παρηώρησε Nonn., ἐπρώρησε R., ἀπώρησε vulg.
20. Pro τοῦτο R. τοῖς γε, et in mg. τότε γε.

Apolline de tibiis et tibicinandi arte, quodque longe victus fuerit
Marsyas et valde iuste, quippe qui, nisi valde stultum dictu sit,
deo suo tibiis obstrepuisset; quodque hanc poenam suae temerita-
tis victori persolverit, quod pellis universa ipsi detracta et ex ar-
bore suspensa fuerit; haec, inquam, omnia poëtica sunt portenta et
fabulae ac ludicra, quae neque verum, neque verisimile quicquam in
se habent. Si enim tibicinem dicunt Apollinem factum, et de arte
certantem tantam in Marsyam a se victum indignationem concepisse,
ut adeo nefariam ac vesanam de eo poenam sumserit: quo pacto
vero ipsi oblectamento fuisse potuerit, videre hunc et sublimi penden-
tem, crudelitatis suae argumentum? Haec enim et prisca poëtae
canunt, et recentiores ab iis accepta concinunt. Quocirca et Non-
nus ille ex Pano, Aegyptia urbe, natus, in quodam suorum poematum,
quod Dionysiaca appellavit, cum nonnulla nescio qua de re de Apol-
line narrasset, (neque enim praecedentium versuum satis meminì,) ita
subiicit:

Marsyae ut victi, divo certare volentis,

Distentam vento suspendit ab arbore pellem.

Quod itaque ex illo tempore turpe hoc scelus nunquam humano ge-

Agathias.

- A. C. 556 γένει διέγνωστο, σαφή τὰ τεκμήρια καὶ ἀποχρῶντα παρὰ τοῖς
 I. 1. 30 ὀρθῶς ἀναθεωρεῖν καὶ τεκμαιρέσθαι τὰ παλαιάτα πεφυκόσιν,
 ἀλλὰ μὴ ποιητικῆ θεολογία παρακρονομένοις. ὁ δὲ Σαπώρης
 ἄδικός τε ὢν ἐς τὰ μάλιστα καὶ μαιφόνος, ὄξυς μὲν εἰς ὄρ-
 γὴν καὶ ὠμότητα, βραδύς δὲ πρὸς φειδῶ καὶ συγγνώμην, εἶψ'
 D μὲν καὶ ἐφ' ἐτέροις αὐτῇ πρότερον τότε τὸ ἄγος ἐξείρωσται,
 V. 94 οὐκ ἔχω σαφῶς ἀπισχυρίσασθαι ὅτι δὲ Βαλεριανὸν τὸν Ῥω-
 μαίων ἐν τῇ τότε βασιλείᾳ προσπολεμήσαντά οἱ καὶ εἶτα νε-
 νικημένον, ὁ δὲ, ζωγραφία ἐλὼν, τόνδε τὸν τρόπον ἐτιμωρήσατο,
 πολλὴ μαρτυροῦσα ἡ ἱστορία. καὶ τάχα οἱ πρώτιστοι τῶντιν
 μετὰ τὴν Παρθυαίων κατάλυσιν τῆς βασιλείας τῆς Περσικῆς ἐ-
 πιλαβομένων, Ἀρταξάρης, φημί, καὶ Σαπώρης, μιαιώ γε ἦσθη
 ἄμφω καὶ ἀδικωτάτω, εἶγε ὁ μὲν τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἀπε-
 κτονῶς, τυραννικὴν τε καὶ βιαίαν τὴν ἀρχὴν κατεστήσατο· ἄτε-
 ρος δὲ τιμωρίας ἤρξεν οὕτω δεινῆς καὶ μύσους ἀνοσιωτάτου. 15
 P 134 κδ'. Ἐπεὶ δέ μοι ὁ λόγος, διὰ τῶν αἰεὶ παρεμπιπτότων
 φερόμενος, πάλιν ἐς Ἀρταξάρην ἀφίκετο, καιρὸς ἂν εἴη ἐκπλη-
 ροῦν νῦν τὸ πρότερον ἐπηγγελμένον, καὶ τῶν ἐφεξῆς βασιλέων
 ἐπιμνησθῆναι. οὗτος μὲν οὖν ἐξ ὧν τε ἔφω καὶ ὄψω καὶ ὄψω

3. θεολογία R. quod practuli, μυθολογία vulg. et Intrp. *figmenta*.
 Σαπώρης R. ubique, Σαβώρης vulg. et Intrp. *Sapores*. 4. καὶ
 ante ὄξυς vulg. 5. Pro εἰ μὲν καὶ R. καὶ εἰ μὲν. 7. Ῥωμαί-
 ον (sic) R. corr. pro Ῥωμαίων. 11. τῆς Περσ. βασιλείας vulg.
 12. Ἀρταξάρης R. 14. βιαίαν R., βίαιον vulg. κατεκτήσατο
 R. et Intrp. *sibi vindicavit*. 19. καὶ ante ὄψω add. *ex con*.
 Class., quam confirmat Intrp. *quibus sit parentibus ortus, qua
 de causa quove modo cidarim sumserit, ὁποῖόν τινα τρόπον
 con*. Ios. Scaliger.

neri cognitum fuerit, manifesta indicia sunt et sufficientia iis, qui
 vetustissimas res recte considerare atque observare consueverunt, non
 autem poetis fabulis figmentisque capiuntur. Sapores vero cum et
 vehementer iniustus esset et sanguinarius, ac praeceps quidem ad
 iram et crudelitatem, tardus autem ad misericordiam et veniam,
 an in alios ab ipso hoc adeo atrox factum sit perpetratum, plane af-
 firmare non possum; quod vero Valerianum, Romanorum tum tem-
 poris regem, bellum adversus se gerentem, ac deinde victum vivumque
 captum, hac ipsa poena affecerit, multae testantur historiae. Et sane
 primi eorum, qui post deletos Parthos Persicum regnum obtinu-
 erunt, Artaxares, inquam, et Sapores, scelerati ambo iniustissimique
 fuerunt; siquidem alter eorum, cum dominum suum interfecisset,
 per vim ac tyrannidem regnum invasit, alter vero adeo atrocis suppli-
 cii nefariiue sceleris auctor fuit.

24. Ceterum cum ex incidentibus aliis semper atque aliis
 rebus oratio rursus ad Artaxarem sit devoluta, opportunum fuerit,
 quod supra promisi, praestare atque absolvere, et reliquorum de-
 inceps regum seriem pertexere. Atque hic quidem e quibus or-

τινα τρόπον τὴν κίδαριν ἀνεδήσατο, ἤδη μοι ἐς τὸ ἀκριβές A. C. 556
 προαφήγηται. ἐκεῖνο δὲ μόνον προσθεῖν ἂν ἐπ' αὐτῷ, ὡς ἔτε- I. I. 30
 σιν ὕστερον ὀκτώ τε καὶ τριάκοντα καὶ πεντακοσίους Ἀλεξάν-
 5 Ἀλεξάνδρου τοῦ πάνυ τοῦ Μακεδόνας, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς θ' αἰτίας
 ἐπιλαβομένῳ τῷ Ἀρταξέρῳ, καθ' ὃν πρότερον ἀπήγγελλται τρό-
 πον, διήνυσται χρόνος ἐν αὐτῇ ἐνιαυτῶν πεντεκαίδεκα, δυοῖν B
 μνηστῶν ἐνδεόντων. διαδέχεται δὲ τὸ κράτος Σαπώρης ἐκεῖνος ὁ
 ἐναγέστατος, καὶ διεβίω πρὸς τῷ ἐνὶ τριάκοντα τοὺς πάντας
 10 ἐνιαυτούς, πλεῖστα ὅσα τοὺς Ῥωμαίους λυμαινόμενος. ἄτε γὰρ
 τὸν βασιλέα σφῶν ἀνελών, καὶ οὐδὲν ὄτιοῦν κάλυμμα ἔσοθαι
 διανοούμενος, ὁ δὲ ἀνὰ τὰ πρόσω ἐχώρει, καὶ δὴ τὴν τε
 μέσσην τῶν ποταμῶν ἐδήλωσε χώραν, καὶ εἶτα τὴν ἐφεξῆς ἐχο-
 μένην, Κιλικίαν τε ἐλήισατο καὶ Σύρους, καὶ μέχρι τῶν Καπ-
 15 παδοκῶν ἐλάσας, ἐξαισίον πληθὸς φόνων κατεῖργασται, ὡς καὶ
 τὰ σφραγιστὰ καὶ κοῖλα χωρία τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι φραγμῶν
 τοῖς σώμασιν ἀναπληροῦν τῶν πεπτωκότων ἀνθρώπων, καὶ
 πρὸς ἰσότητά φέρειν τῶν λόφων τὰ διεστῶτα καὶ ἐξανέχοντα, C
 καὶ οὕτω καθιππεύειν ἐν αὐτοῖς, καὶ διαβαίνειν ὥσπερ ἐφ'
 20 ὀμαλοῦ τὰς ἀκρωρείας. τοῦτον μὲν οὖν οἴκαδε ἀθῆς ἀφιγμέ-
 νον, καὶ οὐ μετρίως χρησάμενον οἷς ἀσεβήσας ἐτύγχανεν,

3. τε add. ex R. 4. Aera Alexandri, qua Christiani in Assyria
 sub illo nomine adhuc utuntur, incipit a. u. c. 443., 13. post
 regis Macedonis obitum annis: eius annus 538. est quartus im-
 perii Alexandri Severi. Agathias, nomine deceptus, eam ab Ale-
 xandro Macedone, sive mortuo sive regnum Asiae adeptο, sup-
 putari sibi persuasit. 5. τοῦ M. R., τῆς M. vulg. 6. πρότε-
 ρον add. ex R. ἀπήγγ. τρ. R., τρόπον ἀπ. vulg. 8. Σαπό-
 ρης edd., Σαβόρης Lugd. 10. λυμαινόμενος R., λυμνήμενος
 vulg. 15. κατεῖργαστο Lugd. mg.

tus fuerit, qui quove modo cidarim sibi vindicavit, superius plene
 exposuimus. Illud vero solum addiderim, quod annis quingen-
 tis triginta octo post magnum illum Alexandrum Macedonem,
 quarto vero alterius illius Alexandri Mamaeae F. regni anno, cum
 Artaxares, quo dictum est modo, Persarum regnum occupasset,
 quindecim in eo annos peregit, duobus mensibus demtis. Huic in
 imperio successit execrabilis ille Sapore, et supervixit annos in
 universum unum et triginta, et ingentibus malis Romanos affecit.
 Interfecto enim ipsorum rege, nihil iam impedimento sibi fore ra-
 tus, ulterius est progressus, et Mesopotamiorum regionem vastavit,
 ac deinde eam, quae huic erat proxima, pervadens, Cilices et Syros
 est depopulatus, et in Cappadoces usque proventus, immanem stra-
 gem edidit, adeo ut huiusmodi concavaeque in septis montium loca ca-
 daveribus caesorum oppleret, et distantias eminentiasque collium
 inter se coaequaret, atque ita super cadavera equitatum duceret,

- A. C. 556 ἀλλὰ πρὸς ἀλαζονεῖαν ἀρθρέντα πολλήν, ἀπέπαυσεν οὐκ ἐς μα-
 I. I. 30 κρῶν τοῦ φρυγάματος Ὀδέναθός δὲ Παλμυρηνός, ἀνὴρ ἀφα-
 νῆς μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἄγνωτος, ταῖς δὲ Σαπώρου συμφοραῖς
 καὶ οἷς ἔδρασεν ἐπ' αὐτῷ, μεγίστην ἀράμενος δόξαν, καὶ πολ-
 λοῖς τῶν πάλαι ξυγγραφέων ἀξιαφήγητος γεγεννημένος. τεθνη-5
 κόςτος δὲ τοῦ Σαπώρου, Ὀρμισδάτης δὲ τούτου παῖς τὴν βασι-
 λείαν παραλαμβάνει, καὶ διεβίω ἐν αὐτῇ χρόνον ἐς ὃ, τι ἐλά-
 D χιστον· ἐνιαυτὸν γὰρ ἓνα καὶ δέκα ἡμέρας τῆς τύχης ἀπωνα-
 το, μηδὲν ὀτιοῦν δράσας ὑποῖον καὶ ἐς λόγον φέρεσθαι μνήμη,
 καθάπου καὶ ὁ μετ' ἐκείνον Οὐαραράνης, τρισὶν ἔτεσι βασι-10
 λεύσας. ὁ δὲ υἱὸς δὲ τούτου ὁμώνυμος μὲν ἦν τῷ γεγεννηκότι,
 ἑπτακαίδεκα δὲ κατὰ τὴν βασιλείαν μεμνήχεν ἔτη. ὁ δὲ τρίτος
 Οὐαραράνης ἐς μῆνας μὲν τέσσαρας μόνους ἀπεγεύσατο τῆς
 βασιλείας, Σεγὰν δὲ σαὰ ἐπεκλήθη, οὐκ ἀπεικός, οἶμαι, οὐδὲ
 αὐτομάτως, ἔθνος τινὸς παλαιοῦ μετασχὼν καὶ πατρίου. οἶ15
 γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεῖς, ἥνίκα μέγιστον ἔθνος τῶν πλησιο-
 χῶρων καθέλοιε προσπολεμήσαντες, καὶ τῆς ἐκείνων ἐπιλά-
 βοιτο χώρας, οὐκέτι μὲν ἀναιροῦσι τοὺς ἠττημένους, ἐς δὲ
 φόρον ἀπαγωγὴν ἅπαντας ὑποτιθέντες, ἐφιάσιν ἐνοικεῖν τε
 P. 135 καὶ ἀροῦν τὴν δορυάλων· πλὴν ἀλλὰ τοὺς προτέρους τοῦτο
 1. ἀλλὰ add. ex R. et Intpr. sed. 2. ὁ δὲ Νάθος R. 3. ἄγνωτος
 edd. Σαπώρου vulg. 5. τῶν R. (Cl.), τοῖς vulg. 6. Ὀρ-
 μισδάτης R., Ὀμισδάτης vulg., Μισδάτης Lugd. mg., Intpr. Ormis-
 das. 10. Οὐαραράνης Par. et Intpr. hic et infra. 11. γεγεν-
 κόςτος R., γεγενηκόςτος sph. Par. 14. Σεγὰν δὲ σαὰ correxi ex
 vestigiis depravatae scripturae in R. Σεγανδεσβὰ, pro vulg. Σε-
 γανσαὰ δὲ, Seganesna Intpr. ἀπεικός R., ἀπεικόςτως vulg.
 15. ἔθους R. et Intpr. moris, ἔθρους vulg.

montiumque iuga, tanquam planitiem aliquam, transiret. Huius itaque domum reversi, neque moderate utentis impie partis multaque superbia elati, non multo post arrogantiam contudit Odenathus ille Palmyrenus, vir obscurus quidem initio et ignotus, e cladibus tamen Sapori illatis, rebusque in eum gestis summam consecutus gloriam, et a multis veteribus historicis memorabilis est habitus. Mortuo vero Sapore, Hornisdats, huius filius, regnum accepit, cui exiguo admodum tempore supervixit. Annum enim unum et dies decem fortuna usus est, nulla re memoratu digna ab se gesta; quem admodum et eum secutus Vararanes, qui tribus annis regnavit. Filius autem huius, patri cognominis, septendecim annis regnum obtinuit. Tertius vero Vararanes menses duntaxat quatuor imperium degustavit; Segansaa autem cognominatus est, non abs re, puto, neque temere, sed a veteri quadam patriaque consuetudine id consecutus. Persarum enim reges maxima aliqua e finitimis gente debellata, eorumque ditione potiti, victos quidem nequaquam interficiunt, sed tributo, quod pendant, ipsis imperato, et inhabitare et ara-

γένους ἡγεμόνας οἰκρότατα καταλύοντες, οἱ δὲ τοῖς σφετέ- A. C. 556
ροις παῖσι τὴν τῆς ἀρχῆς προσηγορίαν ἀπονέμουσι, μνήμης, I. 30.
ὡς ἔοικεν, ἑκατι καὶ κόμπου τῆς ἐπὶ τῷ τροπαίῳ μεγαλαυχίας.
ἐπειδὴ οὖν καὶ τὸ τῶν Σεγεστανῶν ἔθνος Οὐαραράνῃ τῷ τοῦδε
5 πατρὶ ἐδεδούλωτο, εἰκότως ἄρα ὁ παῖς Σεγανσαῦ ἐπωνόμα-
στο· δύναται γὰρ τοῦτο τῇ Ἑλλήνων φωνῇ Σεγεστανῶν βα-
σιλεύς.

κέ. Τούτου δὲ θᾶττον διαφθαρέντος, Ναρσῆς εὐθύς
τὴν βασιλείαν ἐνιαυτοῖς μὲν ἑπτὰ, μῆσι δὲ πέντε μετήλθε.
κοδιαδέχεται δὲ τὴν ἀρχὴν Ὁρμισδάτης ὁ παῖς, καὶ κληρονομεῖ
τοῦ πατρὸς οὐ μόνον τοῦ κράτους, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ χρόνου V. 95
ἰσοξροπίας. καὶ γὰρ θανατάσειεν ἂν τις, ὅτι δὴ ἑκατέρω ἔτεσι B
τε καὶ μῆσι τοῖς αὐτοῖς τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπιμελέστατα ἐμετρήθη.
ἀλλὰ Σαβῶρ μετὰ τούτους ἐπὶ πλεῖστον ὄσον καὶ μῆξιστον
15 χρόνον ἀπάνωτο τῆς βασιλείας, τοσούτοις ἔτεσι κρατήσας,
ὀπόσοις καὶ διεβίω. ἔτι γὰρ αὐτὸν κνύσης τῆς μητρὸς, ἣ μὲν
τοῦ βασιλείου γένους διαδοχὴν ἐκάλει πρὸς τὴν ἀρχὴν τὸ τε-
χθρόμενον. ἦν δὲ τὰ τῶν ὠδίνων ἀμφίβολα ἐς ὅποιαν γονῆν
ἂν ἀποβαίεν. τοιγάρτοι ἅπαντες οἱ ἐν τέλει ἄλλα προὔτιθεσαν
20 καὶ γέρα τοῖς μάγοις ἐπὶ τῇ προαγορευέσει τῶν ἐσομένων· καὶ
τοῖνυν ἦγον ἐς μέσον κύνουσαν ἵππον, καὶ ὡς πλησιαιότα

4. Σεγεστανῶν R., Σεγετανῶν vulg., Seganorum Intpr. 5.
Σεγᾶνσακαὶ (sic) R. 6. τοῦτο om. R. 10. Misdates Intpr. 14.
Σαβῶρ: ita uterque Cod. et Intpr. Sic infra *Artaxerxes* semel
Artaxir (*Ardeschir*) vocatur. Apparet Agathiam varlandis nomi-
num formis delectari: positis modo his, quae apud Persas in
usu essent, modo illis, quas Graecorum consuetudo deflexisset.

re agros bello captos permittunt, primoribus tantum gentis ducibus
miserrime trucidatis, filiis vero suis principatus appellationem tri-
buunt, memoriae, ut verisimile est, causa, et magnificae pro partis
tropaeis gloriationis. Cum itaque etiam Segestanorum gens a Vara-
rane huius patre subacta esset, merito utique ipsius filius Segansaa
vocatus fuit, quod Graecorum lingua significat Segestanorum rex.

25. Hoc vero ocius extincto, Narses statim regnum annis
septem, mensibus quinque tenuit; cui successit Hormisdates filius,
haeres patrum non tantum regni, verum etiam aequalis in spatio
temporis. Mirari enim merito quispiam possit, quod utriusque et
annorum et mensium, quibus regnarunt, numerus exactissime sit ap-
pensus. Post hos Sabor plurimo longissimoque tempore regno po-
situs est, quippe qui tot annis regnavit, quot et vixit. Matre enim
adhuc ipsum utero gestante, regni generis successio vocabatur ad re-
gnum quod ipsa esset paritura. Dubitabatur vero, masculinum an
femellam partu esset editura. Primores itaque regni praemia
ac dona proposuerunt magis, ut de futuris praedicerent. Equam
itaque gravidam in medium adducunt iam partui proximam, iussu-

A. C. 556 *προελθοῦσαν τοῦ τόκου, ἐκέλευόν τε αὐτούς ἐπ' αὐτῇ πρώτῃ*
 I. I. 30 *μαντεύεσθαι, ἄπερ ᾤοντο ζυνενεχθῆναι. οὕτω γὰρ ὀλίγαις ὕστε-*
 C *ρον ἡμέραις γνώσεσθαι ἤγοῦντο τὴν πρόβῳρησιν ἐς ὃ, τι χωρή-*
σει, ταύτῃ τε εἰκάζειν παραπλησίως ἐκβίβασθαι καὶ ὅποσα
σφίσιν ἐπὶ τῇ ἀνθρώπῳ προαγορευθεῖη. ἃ μὲν οὖν αὐτοῖς ἐπὶ 5
τῇ ἔπῳ μεμάντευται, οὐκ ἔχω σαφῶς ἀποφῆνασθαι οὐ γὰρ
μοι τὸ ἀκριβές τούτου γε πέρι ἀπήγγελλται· πλὴν ἀλλ' οὕτω
ἕκαστα προὔβη, ὅπως ἐκείνοις ἐτύγχανεν εἰρημένα. γνόντες δὲ
ἐνθῆνδε οἱ ἄλλοι, ὡς ἄγαν τοῖς μάγοις διηκριβωτο τὰ τῆς τέ-
χνης, προὔτρεπον καὶ ἐπὶ τῷ γυναιῷ, ἅττα ἔσσεσθαι γνοῦσεν, διεξ-10
ιέναι. τῶν δὲ φησάντων ἀρῶμενα παῖδα τεχθῆσεσθαι, οὐκ ἔτι
 D *δὲ μέλλησαν, ἀλλὰ τῇ γαστρὶ περιθέντες τὴν κίδαριν, ἀνεῖπον*
βασιλέα. τὸ ἔμβρυον ὀνόματί τε ἀπέκριναν τὸ ἄρτι ἐκτυπω-
θῆν καὶ διωργανωμένον, ἐς ὅσον, οἶμαι, διάττειν ἔνδον ἠρέμα
καὶ ὑποπάλλεσθαι. οὕτω δὲ τὸ ἀφανές τῇ φύσει καὶ ἄδηλον 15
ἐς τὸ βέβαιόν τε καὶ ἀνωμολογημένον τῇ δοκῆσει μεταλαβόντες,
ὅμως οὐ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἔτυχον τοῦ
σκοποῦ, πολλῷ πλέον τῶν δοκηθέντων. τίκτεται γὰρ οὐκ ἐς μα-
κράν ὃ Σαβώρης σὺν τῇ βασιλείᾳ, ἐννεάζει τε αὐτῇ καὶ ἔγγη-
ράσκει, εἰς ἑβδομήκοντα αὐτῷ ἔτη διαννοθέντος τοῦ βίου. κατὰ 20
δὲ τὸν τέταρτόν τε καὶ εἰκοστόν τῆς τοῦδε ἀρχῆς ἐνιαυτὸν
Νίσιβις ἢ πόλις ὑπὸ Πέρσας γεγένηται, Ῥωμαίων μὲν πάλα

9. *διηκριβωτο* R., *διηκριβωται* vulg. 10. *προὔπεμπον* R. et *Intrp. praemiserunt.* 19. *Σαβώρης* R. h. l. et *infra*, *Σαβόρης* vulg. et *Intrp. Sabores.* 20. *ἔτη om. R.*

runtque, ut magi de hac prius vaticinarentur, quod futurum censebant. Ita enim paucis post diebus cognituros se credebant, quo illorum divinatio evaderet, atque hinc collecturos, similem eventum habitura etiam quae de homine praedicerentur. Quid autem de equa divinarint, nihil liquido possim affirmare, neque enim mihi certi quicquam ea de re est renuntiatum; ceterum ita singula evenerunt, ut illi praedixerant. Cum itaque ex ea re ceteri scirent, magos vaticinandi artem optime callere, provocarunt rogaruntque eos, ut etiam de muliere, quae futura nosset, explicarent. Qui cum responderent, masculam prolem parituram, nihil ultra morati sunt, sed cidari utero imposita, embryum regem pronuntiarunt, nomineque insingierunt foetum recenter efformatum atque ita animatum, arbitrator, ut intus paululum moveretur et subpalpitaret. Ita vero, quod natura obscurum incertumque erat, pro certo indubitatoque opinione exspectationeque apprehendentes, non frustrati sunt tamen sua spe, sed et amplius, quam opinati erant, sunt consecuti. Nascitur enim non multo post Sabores cum regno, inque eo et adolescit et senescit, perducta ad annos usque septuaginta vita. Quarto autem et vigesimo regni sui anno, Nisibis turbs in Persarum po-

οὕσα κατήκοος, Ἰοβιανοῦ δὲ τοῦ σφῶν βασιλέως παραδόντος A. C. 556
καὶ προεμένον. ἐν αὐτοῖς γὰρ δῆπου τοῖς ἐνδοτέρω χωροῖς L. I. 30
τῆς Περσικῆς ἐπικρατείας Ἰουλιανοῦ τοῦ προτέρου Ῥωμαίων P. 136
αὐτοκράταρος ἀφρόον διαφθαρέντος, αὐτὸς ἀναγορεύεται ὑπό
7 τε τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν στρατευμάτων καὶ τοῦ ἄλλου ὁμί-
λου. αἵτε δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτῆ ἄρτι καθισταμένης, καὶ τῶν πρα-
γμάτων, ὡσπερ εἰκὸς, ταραττομένων, καὶ ταῦτα ἐν μέσῃ τῇ
πολεμῖα, οὐχ οἷός τε ἦν τὰ παρόντα ἐν τῷ δέοντι σχολαίτερον
διαδεῖναι. τοιγύρτοι ἀπυλλαξείων τῆς ἐν ὄθνεϊα καὶ δυσμενεῖ
10 οὐχόρα διαίτης, καὶ μόνης τυχεῖν τῆς ἐς τὰ οἰκεῖα ἐπανόδου
ᾄκτον ἰέμενος, ξυνθήκας τίθεται ἀγενεῖς καὶ ἀσχημονας,
καὶ ὁποίας μέχρι καὶ νῦν τῇ Ῥωμαίων λυμαίνεσθαι πολιτείᾳ,
περιστέλλων ἐς τὰ ὀπίσω καινοῖς ὁρίοις, καὶ ὑποτεμνόμενος
τῆς οἰκειας ἀρχῆς τὸ περαιτέρω ἐκβαῖνον. τὰ μὲν οὖν κατ' B
15 ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ξυνεγεχθέντα πολλοῖς ἤδη τῶν προτέρων
ξυγγραφέων ἰσθόρηται· ἐμοὶ δὲ οὐ περὶ ταῦτα ἐνδιατρίβειν
σχολή, ἀλλὰ τοῦ προτέρου λόγου ἐκτέον.

αζ'. Μετὰ γὰρ Σαβῶρον Ἀρταξῆρ ἀδελφὸς ὢν αὐτῆ,
καὶ μετασχωῶν τῆς βασιλείας, τετάρτων ἔτων χρόνον κατ' ἀν-
20 τὴν ἀπεβίω. ὁ δὲ υἱὸς ὁ τούτου, Σαβῶρ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεκέ-
κλητο, ἐν ἔτεσι πάντε τοῦ οἰκεῖον ἠρίθμησε κράτος· ἐν διπλα-
σίοισι δὲ τούτων καὶ πρὸς γε ἐνὶ ἐτέρῳ ἐνιαυτῷ Οὐαραράνης
6. δὴ R. 8. τῷ add. ex R. 10. μόνης R., μόλις vulg.
11. ἀγενεῖς et 12. τῇ τῶν P. Par. 18. Artaxerxes Intrap.
20. Iterum omnes Sabor exhibent. δὲ post Σαβῶρ om. R. 22.
τούτων R., τούτου vulg.

testatem venit, Romanis quidem olim subdita, Ioviano vero ipso-
rum rege eam tradente ac prodente. Cum enim Iulianus, qui antea
Romanorum rex erat, in interioribus Persici imperii locis repente
periisset, ipse a praefectis et exercitu reliquaque turba rex decla-
ratur, qui, utpote regno ipsi recenter delato et rebus, uti verisimile
est, perturbatis, et quidem in media hostili regione, praesentem
rerum statum non satis componere poterat. Quocirca pertaesus vi-
tae in externa hostilique regione, reductusque in sua quam citissime
compos fieri cupiens, ignominiosas turpesque cum hoste pactiones
init, quasque in hunc etiam diem Romana res publica magno suo
malo persentiscit. Novis enim terminis imperium coarctavit, mul-
tisque de veteri amplitudine decidit. Iam vero quae per id tempus
acciderunt, multi ex veteribus historicis memoriae prodiderunt; mihi
vero otium non est iis repetendis immorandi, cui quae coeperam
sunt persequenda.

26. Post Saborem itaque Artaxer ipsius frater potitus impe-
rio, cum annos quatuor regnasset, moritur. Filius autem huius,
Sabor vero etiam is vocabatur, quinque annis imperium obtinuit;
duplo vero temporis spatio et uno iasuper anno Vararanes huius fi-

- A. C. 556^δ παλς, ὃς δὴ καὶ Κερμασαὰ ὀνομάζετο. τῶν δὲ τοιούτων ἐπι-
 I. l. 3^ο κλήσεων ἢ αἰτία ἤδη μοι εἴρηται. καὶ γὰρ Κερμαὰ ἔθνος τυ-
 χὸν ἢ χώρας ὑπῆρχεν ἑπωνυμία ταύτης δὲ τῷ πατρὶ τοῦ Οὐα-
 Cραράνου δεδουλωμένης, εἰκότως ὁ παλς τὴν ἑπωνυμίαν ἐκτί-
 σατο, καθάπου πρότερον καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ μὲν Ἄφρι-5
 κανὸς τυχὸν, ὁ δὲ Γερμανικὸς, ὁ δὲ ἐξ ἄλλου του γένους νε-
 νικημένον ἐπεκλήθη. ἐπὶ τούτοις Ἰσδιγέρδης ὁ Σαβῶρου τὴν
 Περσικὴν ἡγεμονίαν παραλαμβάνει, ὁ πολὺς παρὰ Ῥωμαίοις
 V. 9⁶ καὶ περιλάλητος. φασὶ γὰρ Ἀρκαδίον τὸν βασιλέα πρὸς τῷ
 θανάτῳ γεγεννημένον, καὶ τὰ μετ' αὐτὸν, ὥσπη τοῖς ἀνθρώ-10
tur, perinde ac si non etiam ibi, si ita usuveniret, perire possent. Continua enim omni ex parte sibi que mutuo connexa sunt aedificia, aegreque uspiam locum aliquem subdium et apertum et contigui aedificii expertem conspicias: oculos tamen in altum tollendo coelumque intuendo, atque ita Deum placando, summitti sensim laxarique pavor mentisque perturbatio videbatur, ac tametsi nungore minuto perfunderentur, et algore premerentur, tamen ne ita quidem tecta subibant, nisi forte quotquot ad templa confugientes, ad aras provolvebantur. Multae vero etiam mulieres, non plebeiae sed honoratiorae, viris permistae ferebantur; omnisque ordo et reverentia, et senum ob aetatem, qua aliis antecedunt, praerogativa et respectus tum temporis perturbabatur et proculcabatur; servi etiam dominos suos contemnentes dictoque obaudientes, ad aedes sacrae confugiebant, maiore metu victi; nullum etiam inter plebem et magistratum erat honoris discrimen, utpote communi periculo urgente, omnibusque existimantibus se iamiam perituros. Quamplurimae itaque aedes ea nocte corruerunt, ac praecipue in Regio, (navale id urbis est,) multaque et incredibilia contigerunt. Alibi enim tecta, sive e lapidibus sive lignis constructa, a se mutuo divisisa sunt, mentiente compage fatiscencia, ita ut et aether et

- A. C. 557 εἶτε ξύλοις ἐτύγγανον ἐσκευασμένοι, διέστῃσαν ἄπ' ἀλλήλων,
 I. 1. 31 ἀρνησάμεναι τὴν ξυνέγειαν καὶ διαχανοῦσαι, ὡς τὸν τε ἀέρα
 καὶ τοὺς ἀστέρας καθάπερ ἐν ὑπαίθρῳ χωρίῳ διορᾶσθαι, καὶ
 αὐτῆς ἀθρόον ἐς τὴν προτέραν ξυνησσαν ἀρμονίαν πῆ δὲ κί-
 νηες ἐν ὑπερήρῳ τινὶ δωματίῳ ἰδρυσμένοι, ὠνηκοντίζοντο· τῆς
 D βίβλου τοῦ βρασμῶ, καὶ τοὺς ἐχομένους οἴκους ὑπεραλάμενοι
 ἐπὶ τοὺς πορῶτερως, καθάπερ διασφενδονηθέντες, ἐκ τοῦ
 μετεώρου κατεφέροντο, καὶ ἅπαντα διεξῶγγνον· πῆ δὲ
 ἄλλα ἅττα φορικοδέστερα ξυνέβαινε, γενόμενα μὲν πολλά-
 κισ πρότερον, καὶ ἀεὶ ἐσόμενα ἕστ' ἂν γῆ τε ἦ καὶ φύσεως ἰο
 ἀμαρτήματα, τότε δὲ κατὰ τὸ μᾶλλον ἅπαντα ἅμα συνη-
 νευμένα. συχοὶ δὲ ἄνθρωποι τεθνήκασι τῶν πολλῶν τε καὶ
 ἡγνοημένων τῶν γε μὴ δυνατῶν καὶ ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ
 ἀναγεγραμμένων Ἀνατόλιον μόνον διαφθαρήναι ξυνέβη, ἄν-
 δρα τῆ τε τῶν ὑπάτων ἀξία τετιμημένον, καὶ πρὸς γε τοῖς
 φροντίδα τίθεσθαι καὶ ἐπιμέλειαν τῶν βασιλέως οἴκων τε καὶ
 κτημάτων ἀρχὴν εἰληχότα. κουράτωρας δὲ τούτους καλοῦσαι
 Ῥωμαῖοι. ἐκεῖνος δὲ οὖν ὁ Ἀνατόλιος ἐτύγγανε μὲν καθεύ-
 P. 147 δων ἐν τῇ εἰδισμένῳ θαλάμῳ, μάρμαρον δὲ τι τῶν πλησιαί-
 τατα τῆς κλίνης προσπεπηγότων τῇ οἰκοδομίᾳ, καὶ εὐπρεπῶς
 παρατεταμένων, ὅποια πολλὰ ἐς κόσμον καὶ πολυτελείας ἐπί-
 δεῖξιν κατακολλῶσι τοῖς τοίχοις οἱ πρὸς ταῦτα δὴ τὰ περιττὰ
 καὶ οὐκ ἀναγκαῖα ποικίλματα πέρα τοῦ μετρίου διακεχρηότες
 2. τὸν τε ἀέρα R., τὸν τότε δ. vulg. 11. ἅμα om. R. συνηνευμένα
 edd. 14. διαφθαρήναι R., φθαρήναι vulg. 16. βασιλέων R.
 21. παρατεταμένον R.

stellae veluti in subdivo loco per tecta conspicerentur, rursusque confestim in pristinam compagem coirent; alibi vero columnae in pergula alicuius domus positae, vi succussionis excutiebantur, proximasque domos superiectae, in remotiores aedes veluti funda ex alto emissae, omnia perfringebant; alibi vero alia nonnulla etiam horribiliora acciderunt, quae quidem frequenter antea contigerunt, semperque contingunt, quamdiu et terra erit et naturae peccata; sed tum vel maxime omnia simul acciderunt. Multa quoque plebeiorum atque obscurorum hominum turba periit; potentiorum vero, quique senatorii ordinis erant, solus Anatolius periit, vir consulari dignitate clarus, quique praeterea regiarum aularum curam gerebat, eiusque facultates administrabat; curatores eos vocant Romani. Ille itaque Anatolius in consueto sibi cubiculo dormiebat, cum marmor quoddam ex iis, quae proxime toro suo aedificio ipsi infixae erant, ornataeque protensa, qualia multa ornatus et magnificentiae ostentationisque causa muris adaptari solent ab iis, qui supervacaneis hiace minimeque necessariis ornamentis supra modum oblectantur: illud, inquam, marmoreum pondus, abruptum vi succussionis et loco suo

ἐκεῖνο δὴ σὺν τῷ ἄχθῳ ἀπορῥαγὲν ὑπὸ τοῦ σώλου καὶ ἀφει- A. C. 557
 μένον, ἐμπίπτει γὰρ αὐτῷ ἀμφὶ τῇ κεφαλῇ καὶ κατέαξεν ἄπα- I. I. 31
 σαν. καὶ ὁ μὲν εἰς τοσοῦτον μόνον ἀρκέσας ἐπὶ τῇ πληγῇ εἰς
 ὅσον ἀνοιμῶξαι βαρὺ τι καὶ ὑποκάρδιον, πάλιν ἐπ' αὐτῆς
 ὄσκειτο τῆς εὐνῆς, τῷ θανάτῳ πεπιλημένος.

δ'. Ἐξῆς δὲ ἡμέρας ἐπιφανείσης, ἀσμενέστατα· ἐθεῶντο
 ἀλλήλους ὑπαντιάζοντες οἱ φίλτατοι καὶ ξυνηθείς, καὶ σὺν Β
 ὀλοφυρμῶν ἐμπλεκόμενοι ἠσπάζοντο σφᾶς ὡς ἕκαστοι, ἡδόμενοι
 τε ἅμα καὶ ἀπιστοῦντες. ἐπεὶ δὲ Ἀνατόλιος νεκρὸς ἐφέρετο, V. 103
 10 καὶ ἐπὶ τὴν ταφὴν ἀπεχώρει, τότε δὴ ἐνιοὶ τοῦ ὁμίλου διε-
 θρούλλον, ὡς ἄρα ἐνδικιώτατα εἶη ἀνηρημένος, ἀδικός τε ἐς
 τὰ μάλιστα γεγονὼς καὶ πολλοὺς πολλὰ ὅσα τῶν οἰκείων ἀφη-
 ρημένος, ὅτι τὰ αἰ γραπταὶ σανίδες ἐκεῖναι καὶ τὰ ῥάκη
 τὰ ὑποπόρφυρα ἐς τόδε αὐτῷ ἀπετελεύτησαν, ἃ δὴ πολλὰ
 15 τοῖς τῶν εὐδαιμόνων οἴκοις θαμὰ ἐπέβαλλε, τὴν εἰς βασι-
 λέα εὐνοίαν προῖσχύμενος, καὶ ταύτη ἅπαντα ἐσφετερίζετο,
 βιαζόμενος μὲν ἀναίδην καὶ ἀναῤῥήγνυς τὰ βουλευόμενα τῶν C
 ἀποικομένων, χαίρειν δὲ πολλὰ λέγων τοῖς νόμοις, οἳ δὲ
 τοὺς παῖδας κληρονομεῖν ἐθέλουσι τῆς τῶν φροσάντων περι-
 20 οουσίας. τοιαῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς πλήθεσιν ἐψιθυρίζετο, καὶ
 ἐδόκει διαφανῶς ἡ αἰτία τοῦ ξυνενεχθέντος εὐρησθαι. ἐγὼ δὲ
 ἀμφὶ ταῦτα λίαν διαπορῶ, καὶ οὐκ ἔχω ἀπισχυρίσασθαι,
 2. ἀμφὶ τῇ κεφ. R., ἐπὶ τῇ κ. vulg. 9. ἅμα om. R. 12. πολλοὺς
 πολλὰ ὅσα. Sic correxi, Intpr. *quam nullis multa*, πολλὰ ὅσα R.,
 πολλοὺς ὅσους vulg. 14. εἰς pro ἐς Par. ἀπετελεύτησεν R. 17.
impudentius Intpr., ἀνέδην R. et vulg. 21. τοῦ ξυν. εὐρ. R., εὐρ.
 τοῦ ξυν. vulg.

motum, in ipsius caput corruit, totumque confregit. Atque hic qui-
 dem cum tantulum temporis plagae illi supervixisset, ut gravem
 quendam et ex imo pectore ductum gemitum ederet, rursus in le-
 otulo decubuit, morte oppressus.

4. Die vero iam illucescente, libentissime amicissimi ac fami-
 liares sese mutuo conspicati sunt, obviam alii aliis facti, et cum
 plorata ipsos amplexantes exosculabantur, utpote gaudentes simul
 et diffidentes. Cum autem Anatolii funus efferretur ac sepeliretur,
 tum vero quidam e turba spargebant in vulgus, eum iustissime e me-
 dio sublatum, quippe qui iniustissimus fuisset, multosque suorum
 amicorum spoliasset; quodque illae scriptae tabellae et subpurpu-
 rei panni hunc exitum habuissent, quos ille frequenter opulentio-
 rum domibus imposuit, praetexens benevolentiam erga Imperato-
 rem; eaque ratione omnia sibi corrogabat, convellens impudent-
 et resignans extremas mortuorum voluntates, legibus longum valere
 iussis, quae volunt, ut liberi parentum suorum bona haereditate cer-
 nant. Talia itaque apud vulgus susurrabantur, tantique mali causa
 explorata compertaque esse videbatur. Ego vero de his vehementer

- A. C. 557 ὅτω δὴ τρόπον συμβαίνει. ἢ γὰρ ἂν εὐκτόν τι χρῆμα ἦν ὁ
 I. I. 31 σεισμὸς καὶ πολλοῦ ἄξιος ἐπαίνου, εἶγε διακρίνειν ἠπίστατο
 τοὺς μοχθηροὺς ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τοὺς μὲν ἀνήρει κα-
 κῶς, τοῖς δὲ ἐσπένδετο καὶ ξυνεχώρει. καίτοι εἰ καὶ ἄδικον
 ὡς ἀληθῶς δοίημεν ἐκεῖνον γεγονέναι, ἀλλ' ἦσαν καὶ ἄλλοι ὡς
 P. 148 Πλείστοι ἀνὰ τὴν πόλιν παραπλήσιοι, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ
 ἀδικώτεροι πλὴν ἄλλ' ὁ μὲν ἀνήρπαστο ἐξαπίνης, οἱ δὲ ἀπα-
 θεῖς μεμενῆκασιν. οὐκουν, οἶμαι, δῆλον οὐδὲ ῥάδιον διαγνω-
 σθῆναι, ἀνθ' ὅτου μόνος ἐξ ἀπάντων Ἀνατόλιος ἀπεβίω-
 ἐπεὶ καὶ ὁ Πλάτωνος λόγος ἀθλίους κατὰ τὸ μᾶλλον εἶναι φησίοι
 καὶ κακοδαίμονας τοὺς, ὅσοι κάκιστα βιοῦντες μὴ ἐνταῦθα
 δίκας ἀποτίσαιεν τῶν ἡμαρτημένων, ἢ ὀλέθρου βιαιῶ ἢ ἄλ-
 λως πως τετιμωρημένοι, ἀλλ' οὕτως ἀπέλθοιεν καθάπερ οἱ
 στιγματῖαι τῶν οἰκετῶν τοῖς ἀδικήμασι πεπελιδνωμένοι, καὶ
 τὸ μὴ ἐκκεκαθάρθαι ἀποκερδάναντες· ὥστε εἰ τοῦτο θετέον,¹⁵
 εὐτυχέστερος ἄρα ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ πεπονθὼς τοῦ σεσωσμένου.
 ἀλλ' ἐκείνην μὲν προσεῖναι τὴν δόξαν ταῖς τῶν ἀνθρώπων
 P. 148 ψυχαῖς καὶ ἐμπεπηγέναι ὡς μάλιστα ἐατέον. ἴσως γὰρ ἂν
 ἔνοιοι τῶν πονηρῶν, δέει γοῦν τοῦ κακῶς ἀπολείσθαι, μετα-
 βάλλοιτο ἐπὶ τὰ μέτρια. εὐδηλον δὲ, ὡς οὔτε εἰ περιῆ τις²⁰

5. δόθμεν R.

8. οὐκούν R.

13. οὕτως R., οὕτω vulg.

15. ἐκκεκαθάρθαι. Sic correxi, Intrpr. *repurgarentur*, ἐκκεκάρθαι
 R. et vulg.

16. σεσωσμένου R. et Intrpr. *quam qui saluus e-*
vaserit, ἐσομένου vulg.

17. ἐκείνην R. et Lugd. mg., ἐκείνος

Lugd. 1. m., ἐκείνω 2. m., ἐκείνου edd. προσ. τὴν δόξ.

R., τὴν δόξ. πρ. vulg.

18. ἐδπέον Par.

19. μεταβάλλοιτο

Lugd. et ed. pr., μεταβάλλειντο R., μετεβάλλοιτο Par.

20. ἄδηλον R.

ambigo, neque possum affirmare, qua ratione contingant. Esset enim profecto terrae motus res optabilis magnaue laude digna, si nosset discernere malos a bonis, atque illos quidem male perderet, his vero parceret atque indulgeret. Atqui ut maxime hoc demus, iniustum illum fuisse, sed erant alii quamplurimi ei similes, vel potius multo iniustiores: at hic repente quidem abreptus est, alii indemnes sunt relictii. Quocirca neque clarum neque facile intellectu censuerim, cur solus ex omnibus Anatolius exstinctus fuerit; cum etiam ex Platonis sententia magis miseri infelicesque sint, quotquot pessime viventes non in hac vita poenas peccatorum luerint, vel violenta nece, vel alio aliquo modo puniti, sed ita decesserint, quemadmodum servi stigmatiae, scelerum notis infecti, priusquam illae expunctae expurgataeque fuerint. Quocirca si hoc statuendum est, felicior fuerit, qui iam punitus est, quam qui puniendus manet. Ceterum Platonis quidem sententiam hominum animis infixam esse, quam maxime exoptandum est. Fortassis enim nonnulli improbi homines, metuentes, ne male pereant, ad sanio rem mentem redeant. Illud vero est manifestissimum, quod neque si quis diutissime su-

ἐπιπολὸν καὶ ἀδεῶς εὐημεροίη, ἀπόχρη τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν A. C. 557
δικαιοσύνης, οὔτε πάντως τὸ τεθνάναι, εἰ καὶ ὁμότατα, ἔλεγ- I. I. 31
χος ἂν εἴη τοῦ πλέον ἀδίκου· ἀλλὰ τὴν ἀληθεσιώτατην βάσανόν
τε καὶ ἀντίδοσιν τῶν ἐνταῦθα βεβιωμένων, ἧτις ποτέ ἐστιν,
ἔδειξε ἐλθόντες εἰσόμεθα. λεγόντων μὲν οὖν περὶ τούτων ἄλ-
λοι, τυχὸν μὲν ταῦτα τυχὸν δὲ ἕτερα, ὥσπη ἐκάστη ἢ βουλο-
μένῳ· ἐμοὶ δὲ τοῦ προτέρου λόγου μεταληπτέον.

ε. Τότε γὰρ καὶ ἐφεξῆς ἐπὶ πλείστας ἡμέρας κινήσις
τῆς γῆς ἐγένετο, βραχεῖα μὲν καὶ οὐχ οἶα τὴν ἀρχὴν ἐπῆλθε, B
10 ἰοίκανη δὲ ὅμως τὰ λειπόμενα· διακνηῆσαι τετρατεῖαι τε ἐνεδή-
μον εὐθύς καὶ προαγορεύσεις παράλογοι, ὡς αὐτίκα μάλα
καὶ τοῦ παντός κόσμου ἀπολουμένον· ἀπατεῶνες γὰρ τινες
καὶ οἶον θεοπρόποι αὐτόματοι περιφοιτῶντες, ἅττα ἂν ἐδόκει
αὐτοῖς, ἐχρησιμώδουν, καὶ μᾶλλον ἔτι τοὺς πολλοὺς ἐξεδειμύ-
15 τουν, τῷ ἤδη κατεπτηχέναι ῥαδίως ἀναπειθόμενος· οὗτοί τε
οἱ μαινέσθαι εἰκῆ καὶ δαιμονῶν ὑποκρινόμενοι, δεινότερα ἐπε-
φήμιζον, ὡς δὴ ὑπὸ τῶν προσπεφυκότων αὐτοῖς φασμάτων
τὰ ἐσόμενα δεδιδραγμένοι, καὶ μᾶλα ἐπὶ τῇ κακοδαιμονίᾳ με-
γαλαυχοῦντες. ἄλλοι δὲ ἀστέρων φορὰς καὶ σχήματα ἐκλογ- C
20 ζόμενοι, μείζονας συμφορὰς καὶ κοινήν μονοουχί ἀνατροπὴν
τῶν πραγμάτων ἐδήλουν καὶ ὑπηνίττοντο. εἶωθε γὰρ ἐν τοῖς

10. κνηῆσαι R. 17. προσπεφυκότων R. et Intrp. *adnata sibi*, προ-
πεφ. vulg. 21. ὑπηνίττοντο R., ὑπαινίττοντο vulg.

pervivat, et impune prospera ei omnia succedant, hoc sufficiat ad
probandam ipsius iustitiam, neque si quis moriatur, et quidem a-
trocii admodum morte, certum argumentum fuerit maioris iniustiti-
ae; sed certissime nobis explorata cognitaque erit vitae hic actae
ratio et punitio quanam sit, quando eo pervenerimus. Sentiant
igitur et dicant hisce de rebus alii quidem hoc, alii aliud, prout
cuique visum fuerit; mihi vero ad ea, quae narrare coeperam, est
redeundum.

5. Tum enim et per plurimos deinceps dies terrae motus est factus,
exiguus quidem, neque qualis initio fuerat, sed satis validus ad ea,
quae reliqua erant, disturbanda. Prodigia etiam quaedam absurdac-
quae praedictiones in vulgus spargebantur, tanquam mundo universo
iam iam perituro. Impostores enim quidam ac veluti vates ultronei
oberrabant, quae ipsis collibisset vaticinantes, multoque magis ple-
rosque perterrefaciebant, facile ob pavorem, quem iam conceperant,
persuasos. Hi porro et furere se atque a daemone exagitari simulan-
tes, graviora ominabantur, tanquam a spectris, quae se ipsis offerre-
bant, futura edocti, et vehementer sua miseria gloriantes. Alii vero
astrorum decursus aspectusque expendentis, maiores calamitates et
communem tantam non rerum omnium subversionem interpretabantur
ac denuntiabant. Solet enim istiusmodi hominum turba difficillimis

- A. C. 557 δεινοῖς αἰεὶ ὁ τῶν τοιοῦτων ἀνθρώπων ἔσμος ἀναφύεσθαι. ἐ-
 I. I. 31 ψεύσατο δὲ ὅμως εὖ ποιῶσα ἑκατέρα μαντεία. ἐχρῆν γὰρ,
 οἶμαι, καὶ ἀσεβείας φεύγειν γραφὴν τοὺς τὰ τοιαύδε ὀνειροπο-
 λῶντας, καὶ μηδὲν ὀτιῶν πλέον γνώσεως περὶ τῆς κρείττονι
 καταλιμπάνοντας. ἀλλὰ γὰρ οὐδεὶς ὅστις ἦν ἐν τῇ τάτῃ ὅς
 μὴ λίαν δεδιὼς καὶ ἐκπεπληγμένος. λιταὶ τοιγαροῦν ἑκασταχοῦ
 καὶ ᾧδαί ἰκετήριοι ἤκούοντο, ἀπάντων εἰς τοῦτο ἀγειρομέ-
 Dνων· τὰ τε λόγῳ μὲν αἰεὶ ἐπαινούμενα, ἔργῳ δὲ σπανιώτερον
 V. 104 βεβαιούμενα, τότε δὴ προθυμότερα ἐπράττετο· δίκαιοί τε γὰρ
 ἀθρόον ἀπεδείκνυτο ἅπαντες ἐς τὰ συμβόλαια τὰ πρὸς ἀλλή-10
 λους, ὡς καὶ τοὺς ἄρχοντας τὸ κερδαλέον ἀποβεβληκότας μετὰ
 τῶν νόμων τὰς δίκας ποιεῖσθαι· τούς τε ἄλλως δυνατούς ἐφ'
 ἑαυτῶν ἡρεμοῦντας, ὅσιά τε δοῦν καὶ ἀπέχεσθαι τῶν αἰσχί-
 στων. ἔτιοι δὲ καὶ παντάπασιν τὴν δίκαιαν ἐξαλλάξαντες, μο-
 νήρη τινὰ καὶ ὄρειον ἡσπίασαντο βίον, καὶ τιμὰς καὶ χρῆ-15
 ματα καὶ ὅποσα ἡδίστα παρ' ἀνθρώποις μεθέτες καὶ ἀνηνά-
 μνοι. πολλὰ δὲ καὶ τοῖς ἱεροῖς προσήγετο δῶρα, καὶ νύκτωρ
 P. 149 οἱ κράτιστοι τῶν ἀστῶν, περινοστοῦντες τὰς λεωφόρους, ἐδω-
 δῆ τε ἀφθόνῳ καὶ περιβολαίοις ἐφιλοφρονοῦντο τούτους δὴ
 τοὺς ἀχρείους καὶ οἰκτροτάτους, ὅποιοι πολλοὶ τὰ σώματα 20
 πεπρωμένοι ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἐρρίφονται, τὰ ἀναγκαῖα ἐρασι-
 2. ὅμως add. ex R. 3. τὰ add. ex R. 9. ἐπράττετο R. 10.
 εἰς Par. pro ἐς. 11. Pro μετὰ Par. κατὰ. 14. ἐξαλλάξαν-
 τες R., ἐναλλ. vulg. 15. καὶ τιμ. καὶ χρ. R. et Intpr., χρήμ-
 καὶ τιμ. vulg. 16. μεθελύοντες R. 21. ἐρρίφονται R.

temporibus pullulare. Utrumque vero vaticinium publico bono vanum fuit. Oportebat enim mea sententia etiam impietatis arcessere talium somniorum interpretes, nullamque ampliorem rerum futurarum cognitionem Deo relinquentes. Ceterum nemo tum temporis erat, qui non metu vehementer percussus attonitusque esset. Quocirca vota quotidie nuncupabantur, hymnique supplices audiebantur, omnibus in unum congregatis; et quae verbis quidem semper laudantur, re autem ipsa raro confirmantur, tum utique promptissime praestabantur. Iusti enim confestim omnes in mutuis contractibus videbantur, adeo ut et principes quaestui renuntiantes, ex legum norma iudicia exercerent, et qui potentiores essent, quiete modesteque se gerentes, iusta aequaque facerent, et a turpibus factis absterent. Nonnulli vero, vitae instituto prorsus immutato, solitariam quandam et montanam vitam sunt amplexi, opibus et honoribus omnibusque rebus, quae hominibus solent esse gratissimae, renuntiantes ac valedicentes. Plurima etiam templis donaria offerebantur, et noctu lautiores opulentioresque cives plateas obeuntes, largo cibo et vestibus donabant egenos miserimosque homines, qui frequentes claudi aliisque membris mutili humi iacebant, stipem mendicantes. Haec autem omnia ad certum aliquod tempus fiebant, recentati videlicet adhuc et vigente metu. Simulac vero

ζόμενοι. ταῦτα δὲ ἅπαντα ζητῶν τινε χρόνῳ ἀνεμετρεῖτο; ἕως A. C. 557
 ἔναυλον ἔτι τὸ δέος ὑπῆρχεν ἐπει δὲ λώφησις τις καὶ ἀνακα- I. I. 31
 χῆ τοῦ κινδύου ὑπεφαίνετο, αὐτίκα οἱ πλεῖστοι ἐπατήσαν
 εἰς τὰ εἰδυμένα. καλοῖτο δὲ ἂν ἡ τοιαύτη δομὴ οὐ δικαιοσύνη
 5ὡς ἀληθῶς, οὐδὲ εὐσέβεια στερεὰ τε καὶ ἐνεργός, ὅποια ὑπὸ
 δόξης ὀρθῆς καὶ προθυμίας ἐμβροθεστάτης τῇ λογισμῶν πέφυ-
 κεν ἐντυποῦσθαι, ἀλλὰ μηχανὴ τις ἄτακτος καὶ οἶον ἐμπορία B
 σφαλερωτάτη, ἐφ' ᾗ τὸ παρὸν δῆθεν ἐκφυγεῖν καὶ παρακρού-
 σασθαι. τῶν μὲν οὖν ἀγαθῶν ἔργων οὕτω δῆ τι πρὸς ἀνάγκης
 10ἀπογευόμεθα ἔστ' ἢ τὸ δεδιέναι παρῆ.

ζ'. Πάλιν δὲ ἐν τῷ τότε οἱ περὶ τῶν ἀναθυμιάσεων
 λόγοι ἐλέγοντό τε καὶ ἀντελέγοντο· καὶ ἦν πολὺς ἀνὰ τοὺς
 ξυλλόγους ὁ Σταγειρίτης ὀνομαζόμενος, νῦν μὲν ὡς ὀρθότατα
 εἶη περὶ τούτων φυσιολογήσας καὶ διαγνοὺς τὰς αἰτίας, νῦν
 15δὲ ὡς ἥμισυ τοῦ ἀληθοῦς ἐστοχασμένος. ἔτιοι δὲ τὴν ἐκείνου
 βεβαιοῦν οἴομενοι δόξαν, ὅτι δὴ πνεῦμα παχὺ καὶ καπνώδες
 ὑπὸ τοὺς σφραγδας τῆς γῆς περιειργόμενον τὰς τοιάσδε ποιεί-
 ται κινήσεις, προὔτιθεσαν ἐν τῷ λόγῳ τοῦτο δὴ τὸ ὑπὸ Ἀν-
 θεμίου πρότερον μεμηχανημένον. οὗτος γὰρ δὴ ὁ Ἀνθέμιος, C
 20πατριὸς μὲν αὐτῷ ὑπῆρχεν αἱ Τράλλεις ἢ πόλις, τέχνη δὲ τὰ
 τῶν μηχανοποιῶν εὐρήματα, οἳ δὴ τὴν γραμμικὴν θεωρίαν
 ἐπὶ τὴν ὕλην κατὰγοντες, μιμήματά τινα καὶ οἶον εἰδῶλα τῶν
 ὄντων δημιουργοῦσι. γέγονε δὲ ἄριστος ἐν αὐτοῖς εἰς τὰ μά-

13. ὁ Παγειρίους R. pro ὁ Σταγ. ὀρθώτατον R. 15. δὲ R.,
 δῆ vulg. 19. Arthmesius Intpr. 20. αὐτῷ add. ex R.

malum remitti ac cessare coepit, festim plerique ad pristinos mores redierunt. Vocari autem possit talis animorum motus atque impetus non iustitia revera neque pietas, solida pariter atque efficax, qualis ex recta opinione et constantissimo studio in animis efformari solet, sed machinatio quaedam incomposita, et veluti nundinatio fallacissima, ad subterfugiendum ac propulsandum malum instituta. Bona itaque opera, ita demum necessitate cogente, degustamus, quamdiu metus premit.

6. Per id vero tempus variae rursus disceptationes de exhalationibus sunt habitae, frequensque erat Aristotelis in congressibus mentio; modo, tanquam rectissime de his disseruisset, earumque causas intellexisset; modo, tanquam a vero aberrasset. Nonnulli vero ad sententiam Aristotelis confirmandam ac stabilendam, quod nimirum crassus et fumosus spiritus sub terrae concavitatibus conclusus eiusmodi motus efficeret, in medium attulerunt tale quippiam antea ab Anthemio ingeniose excogitatum atque effectum. Atqui Anthemio huic patria quidem fuit urbs Tralles, ars vero inventiones machinarum fabricatoribus usitatae, qui linearem speculationem ad materiam traducentes, imitationes quasdam et veluti simulacra rerum vere existentium fabricantur. Excellens vero hac in

- A. C. 37 λίστα καὶ εἰς ἄκρον ἦκον τῆς μαθηματικῆς ἀριστήμης, καθά-
 1. 1. 31 κου καὶ ἐν τοῖς καλομένοις γραμματικοῖς ὁ ἀδελφός τούτου
 Μητροδόωρος. καὶ μακαρίσασμι ἂν ἔγωγε αὐτῶν τὴν μητέρα,
 οὕτω ποικίλης παιδείας ἀνάπλεον γονὴν ἀποκνήσασαν. τούτω
 τε γὰρ τὸ ἄνδρε τέτοκε, καὶ Ὀλύμπιον, νόμων τε ἀσκήσεις
 καὶ ἀγῶνων δικαστικῶν ἐμπειρία προσεσηχητότα· καὶ πρὸς γε
 D Διόσκορον καὶ Ἀλέξανδρον, ἀμφω ἰατρικῆς δαημονεστάτω.
 τούτων δὲ Διόσκορος μὲν ἐν τῇ πατρίδι κατεβίω; τὰ ἐκ τῆς
 τέχνης μᾶλα εὐστόχως ἐπιδεικνύμενος ἔργα· ἄτερος δὲ ἐν τῇ
 πρεσβύτιδι Ῥώμῃ κατώκησεν ἐντιμώτατα μετακελημένος. Ἀν-10
 θεμίου δὲ καὶ Μητροδόωρον τὸ κλέος ἀπανταχοῦ περιαγόμε-
 νον, καὶ εἰς αὐτὸν ἀφίεται τὸν βασιλέα. τοιγάρτοι μετὰ-
 κερμτοι ἐν Βυζαντίῳ παραγενόμενοι, καὶ αὐτοῦ τὸν λειπόμε-
 νον διανύσαντες βίον, μέγιστα ἐκίτερος τῆς ἰδίας ἀρετῆς
 γνωρίσματα παρεστήσατο ὁ μὲν νέους πολλοὺς τῶν εὐπατρι-15
 P. 150 δῶν ἐκπαιδεύσας, καὶ τῆς παγκύλης ἐκείνης μεταδόνς διδα-
 σκαλίας, ὡς καὶ πόθον ἄπασι τὸ μέρος ἐμβάλειν τῆς ἀμφί
 τοὺς λόγους ἐπιμελείας· ὁ δὲ θανμάσια ἤλιξα δημιουργήματα
 κατὰ τε τὴν πόλιν καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ τεκτηνήμενος, ἄπερ
 οἶμαι, εἰ καὶ μηδὲν ὀτιοῦν περὶ αὐτῶν λέγοιτο, πλὴν ἀποχρη-20
 σει οἱ ἐς ἀείμνηστον δόξαν ἔστ' ἂν ἔσῃτοι καὶ οὐζοῖτο. ἀλλὰ
 γὰρ ὅτου ἔνεκα τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς ἐπεμνήσθην, ἐκεῖνό μοι καὶ
 2. ἀδελφ. τούτ. R., ἀδελφ. ὁ τούτ. vulg. 3. et 11. Μετροδ. edd. 4.
 τούτω γὰρ R. 6. προσέσχ. con. Cl. 10. ἐντιμώτατα R. 17. αὐτοῦ
 add. vulg. ante μέρος. 19. κατὰ om. R. in ord. et τε in mg.

arte fuit, et in mathematica scientia eximius, quemadmodum et in
 iis, qui Grammatici vocantur, frater ipsius Metrodorus. Et certe felici-
 tam prolem ediderit. Duos enim hosce viros peperit, et Olympium,
 legum exercitatione et forensium controversiarum tractatione peri-
 tiaque clarum; praeterca Dioscorum et Alexandrum, utrumque medicae
 artis peritissimum. Atque ex his quidem Dioscorus in patria vixit,
 et praeclara edidit artis suae documenta; alter vero in veteri Roma
 habitavit, honorifice admodum evocatus. Anthemii autem et Metro-
 dori gloria ac fama cum longe lateque esset propagata, ad ipsum
 etiam Imperatorem pervenit. Quocirca Byzantium accessit venere-
 runt, reliquamque vitam ibi transegerunt, maxima uterque virtutis
 propriae indicia sive specimina edentes; hic quidem multos iuvenes
 nobilium filios erudiens, et pulcherrimae illius disciplinae participes
 efficiens; adeo ut litterarum eloquentiaeque desiderium ac studium
 omnibus, quantum poterat, iniiceret: alter vero summae admirationis
 fabricas cum in urbe, tum aliis quamplurimis in locis conficiebat; quae,
 arbitrator, etiamsi de iis nihil dicatur, per se ipsae sufficient ad per-
 petuam ei gloriam conciliandam, quamdiu steterint salvaeque fuerint.
 Ceterum, quam ob causam huius viri mentionem fecerim, id a me

δὴ αὐτίκα λελέξεται. ἀνὴρ τις ἐν Βυζαντίῳ Ζήνων ὄνομα, A. C. 557
 τῷ μὲν τῶν ῥητόρων καταλόγῳ ἀναγεγραμμένος, ἄλλως δὲ I. L. 31
 διαφανῆς καὶ βασιλεὺς γνωριμώτατος, κατὰ κει ἀγχοῦ που τοῦ
 Ἀνθemiου, ὡς δοκεῖν ἑκατέρῳ ἠνώσθαι τῷ οἴκῳ, καὶ ὑφ' ἐνὶ
 ὕπνευσι διαμετρεῖσθαι. προσελθόντος δὲ χρόνου, ἔρις αὐτοῖς B
 ἐπέπεσε καὶ δυσκολία ἢ τοῦ διοπτρεύεσθαι χάριν, τυχὸν οὐ
 πρότερον εἰδισμένον, ἢ νεωτέρας οἰκοδομίας πέρα τοῦ μετρίου V. 105
 ἐς ὕψος ἀρθείσης καὶ τῷ φωτὶ λυμαινομένης, ἢ ἄλλου του
 πέρι, ὅποια πολλὰ τοῖς πλησιαίτατα προσοικοῦσι διαφιλονει-
 10 κείσθαι ἀνάγκη.

ζ. Τότε δὴ οὖν ὁ Ἀνθemiος ὑπὸ τοῦ ἐναντίου αἰτε δι-
 κηγόρου καταρτηροεῦμένος, καὶ οὐχ οἷός τε ὢν τῇ δεινότητι
 τῶν ῥημάτων ἐκ τῶν ὁμοίων ἀντιφέρεσθαι, ὁ δὲ ἐκ τῆς οἰκείας
 αὐτὸν ἀντελύπησε τέχνης τρόπῳ τοιῷδε. δόμον τινα ὑπερῶ-
 15 ὄν ὁ Ζήνων ἐκέκτητο, εὐρύν τε λίαν καὶ διαπρεπῆ καὶ περιεργό-
 τατα πεποικιμῆνον, ἐν ᾧ δὴ τὰ πολλὰ ἐμφιλοχορεῖν εἰώ- C
 θει καὶ ἐστιᾶν τοὺς φιλιτάτους. τοῦτου δὲ τὰ πρὸς τῷ ἐδά-
 φει ἐνδιαίτηματα τῆς Ἀνθemiου ὄντα ἐτύγχανε μοίρας, ὡς
 τὸ μεταξὺ τέγος τῷ μὲν ἐς ὄροφῆν, τῷ δὲ ἐς βάσιν παρατετά-

1. λελέξεται R., λέξεται vulg. 4. τῷ οἴκῳ Lugd. 1. m. (Cl.) et
 Intrp. utriusque iuncta esse domicilia, R. Lugd. corr. et edd.
 τῷ οἴκῳ. 8. ἄλλου του R., ἄλλου τοῦ τινος vulg. 11. αἰτε
 δικηγόρου R. et Intrp. ut causas procurante, αἰτε δὲ κατηγόρου
 vulg. 12. καταρτήτορ. vulg. 13. ὁ δὲ ἐκ R., ὁ δ' ἐκ vulg. 14.
 αὐτὸν om. R. 15. ἐκέκτητο R. διαπρεπὲς R. 19. τῷ —
 τῷ correxi, τὸ — τὸ R. et vulg.

et quidem statim dicitur. Erat Byzantii vir quidam nomine Zeno,
 rhetorum quidem catalogo adscriptus, clarus alioquin et Imperatori
 notissimus. Habitabat is iuxta Anthemium, ita ut viderentur utroque
 domicilio uniti, et uno eodemque termino esse circumscripti. Suc-
 cedente vero tempore contentio quaedam et similtas inter eos inci-
 dit, sive prospectus causa, quod fortassis antea fieri non solebat,
 sive quod novum aedificium nimis alte elatum lumini officeret, aut
 alia aliqua de causa, prout multas inter eos, qui quam proxime ha-
 bitant, controversias suboriri est necesse.

7. Tum itaque Anthemius ab adversario, utpote actore et accusa-
 tore, dicendo victus, cum non posset eloquentia gravitateque verbo-
 rum paria cum ipso facere, ex ea, quam norat, arte hanc illi contra
 molestiam rependit. Domum quandam excelsam habebat Zeno, valde
 amplam et pulchram et curiose admodum exornatam, in qua et ipse
 frequenter versari solebat et amicissimos quosque convivii excipere.
 Huius vero inferiora habitacula solo proxima erant ex parte domus
 Anthemii, ita ut intermedium tectum, altera sui parte ad fastigium,
 altera ad basim protensum esset. Ibi itaque magnos lebetes aqua ple-
 nos per diversa domus spatia constituit, hos verò exterius fistulis

- A. C. 557 σθαλ. ἐνταῦθα δὴ οὖν λέβητας μεγάλους ὕδατος ἐμπλήσας,
 I. I. 31 διακριδὸν ἔστησε πολλαχοῦ τοῦ δωματίου, ἀντλοὺς δὲ αὐτοῖς
 ἔξωθεν σκυτίνους περιβαλὼν, κάτω μὲν εὐνορομένους ὡς ἄ-
 पासαν τὴν στεφάνην περιβεβύσθαι ἐξῆς δὲ καθάπερ οὐλίπυγα
 ὑποστελλομένους, καὶ ἐς τὸ ἀναλογοῦν τελευτῶντας, ἐπέτηξε⁵
 ταῖς δοκοῖς καὶ ταῖς σανίσι τὰ ἀπολήγοντα, καὶ ἐς τὸ ἀκρι-
 D βές ἐνεπερόνησεν, ὡς καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἀπειλημμένον ἀέρα
 ἀφετὸν μὲν ἔχειν τὴν ἄνω φορὰν, διὰ τῆς κενότητος ἀνιόντα
 καὶ γυμνῇ προσπαύειν τῇ ὄροφῃ κατὰ τὸ παρεῖκον καὶ τῇ
 βύρσῃ περιεχόμενον, ἥκιστα δὲ ἐς τὰ ἐκτὸς διαρῥεῖν καί 10
 ὑπεκφέρεσθαι. ταῦτα δὴ οὖν ἐκ τοῦ ἀφανοῦς καταστησάμενος,
 πῦρ ἐνήκε σφοδρὸν ὑπὸ τοὺς τῶν λεβήτων πυθμένας, καὶ φλόγα
 ἔξῆψε μεγάλην· αὐτίκα δὲ τοῦ ὕδατος διαθερομένου καὶ ἀνα-
 καχλάζοντός, ἀτμὸς ἐπῆρτο πολὺς καὶ ἀνεξέπιπτετο παχύς τε
 καὶ πεπικνωμένος· οὐκ ἔχων δὲ ὄπη διαχυθεῖη, ἐπὶ τοὺς αὐ- 15
 λοὺς ἀνείρπε, καὶ τῇ στενότητι πιεζόμενος, βιαιότερον ἀνε-
 P. 151 πέμπετο, ἕως τῇ στέγῃ προσπταίων ἐνδελεχέστατα, ἐδόνησεν
 ἅπασαν καὶ διέσεισεν, ὅσον ὑποτρέμειν ἡρέμα καὶ διατετριγέ-
 ναι τὰ ξύλα. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ζήνωνα ἐταράττοντο καὶ ἐδει-
 μαινον, καὶ ἀμφὶ τὴν κωφόρον ἐξέπιπτον ποτνιῶμενοι καί 20
 βοῶντες, καὶ τῷ δεινῷ καταπεπληγμένοι· φοιτῶν τε ἐκεῖνος
 1. δὲ οὖν R. 6. τοῖς δόκοις R. 7. ἐνπερόνησεν R. 9.
 γυμ. . . R. 13. διαθερομένου R. Lugd. et ed. pr., διαθερμαι-
 νομένου Par., subsiliente Intr. Is, puto, vertere sibi videbatur
 διαθορουμένου, quod quidem nihili est. 14. παχύς R.
 Lugd. in ord. et ed. pr., ταχύς ex Lugd. mg. Par., citius Intrp.
 21. τε R., δὲ vulg.

coriaceis circumdedit, inferiori quidem sui parte latioribus, ut totum lebetum ambitum obstruerent; deinde instar tubae in angustiores formam redactas et in iustam proportionem desinentes trabibus et tabulis earum extremitates infixit, accurateque infibulavit, ita ut et aer iis fistulis conceptus, libero quidem in altum impetu ferretur, per earum cavitatem sursum tendens, et ad nudum tecti fastigium, quoad eius fieri poterat, etiam corio circumdatum pertingens, foras autem nequaquam diffunderet aut erumperet. His itaque ex occulto ita dispositis, validum ignem lebetum fundis subiecit, et ingentem flammam excitavit. Statim vero fervente atque exaestuante aqua, vapor multus excitatus et in altum sublatus est, rapidus pariter et densus: cumque non haberet, qua diffunderetur, in fistulas efferebatur, angustiaeque pressus, maiore vi sursum tendebat, donec in tectum assiduo impetu impingens, totum concussum commotumque fuit, adeo ut tigna sensim tremere atque striderent. Qui vero Zenoni aderant, metu ac terrore corripiebantur, et in plateas sese proripiebant, obtestabundi et vociferantes, malique gravitate perculti. Ille vero in regiam se conferens, notos interrogabat, quid ipsis de terrae motu

ἐν τοῖς βασιλείοις, ἀνεπνύοντο τῶν γνωρίμων, ὅπως αὐτοῖς τὰ Α. C. 557
 τοῦ σεισμοῦ κατεφάνη, καὶ μὴ τι σφᾶς ὄρωδηοῦν τρόπῳ διεδη- I. L. 31
 λήσατο. τῶν δὲ „εὐφήμει“ λεγόντων, „ὦ τῶν“ καὶ „ἀπαγε“,
 καὶ „μήποτε γένοιτο“, καὶ πρὸς γε νεμεσίωντων αὐτῷ ὡς δὴ
 5 τοιαῦτα φευκτὰ καὶ ἀπαίσια τερατευομένων, οὐκ εἶχεν ὁ, τι καὶ
 διανοηθεῖη. οὔτε γὰρ ἀπιστεῖν ἑαυτῷ οἷός τε ἦν ἐφ' οἷς ἠπί- B
 στατο ἄρτίως γεγεννημένοις, καὶ διαμάχεσθαι κατηδεῖτο ἐπι-
 πολὺ τοσοῦτοις ἀνδράσι καὶ οὕτω καταμεμφομένοις.

ἦ. Τοῦτῳ δὴ οὖν πολλῶ τῷ λόγῳ ἐχρῶντο οἱ τὰς ἀνα-
 10 θυμιάσεις καὶ τὰ λιγνώδη πνεύματα γένεσιν τῶν σεισμῶν
 ἀποκαλοῦντες. „καὶ γὰρ ὁ μηχανοποιὸς“ ἔφασαν „τὴν αἰτίαν
 διαγνοὺς ὅθεν τὴν γῆν κινεῖσθαι συμβαίνει, παραπλήσια ἔ-
 δρασε, καὶ τῇ τέχνῃ τὴν φύσιν ἀπεμιμήσατο.“ καὶ ἔλεγον μὲν
 15 τι, οὐ μέντοι γε ὅσον ὄντο. ἐμοὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα πιθανὰ
 ἐμὲν εἶναι δοκεῖ καὶ κομψότερόν πως ἔξευρημένα, οὐπω δὲ ἐν-
 20 αργῇ γνωρίσματα τῶν ὡς ἀληθῶς γιγνομένων. οὐ γὰρ ὅτι τὰ
 κυνίδια ταῦτα δήπου τὰ Μελιταῖα ἐπὶ ταῖς στέγαις διέρ- C
 ποντα, σείουσι τε αὐτὰς καὶ ἀνακινῶσι, καὶ ταῦτα ἐπὶ βα-
 δίσματι κουφοτάτῳ, ἥδη που ὅμοιον φήσειεν ἄν τις εἶναι τὸ
 25 χροῖμα, καὶ τοῦτῳ καθάπερ ἱκανῶ παραδείγματι χρεοίτο.
 ἄλλ' ἐκεῖνα μὲν παίγνια τῆς μηχανοποιίας, οὐ φαῦλα μέντοι
 οὐδὲ ἀτερπῆ νομιστέον, τῶν δὲ τῆς ὕλης ἀμαρτημάτων ἄλλα
 ἄττα, (εἴπερ ἄρα καὶ δεῖ,) ζητητέον τὰ αἴτια. ἐπεὶ οὐδὲ τοῦτο

2. διεδηλῶσαντο R. 3. ὡ ταν R. 6. ἐφοικη R. pro ἐφ' οἷς.
 ἐπίστατο edd. 7. ἀρτίως καὶ γεγ. R. 16. ὡς ins. ex R.
 20. χρεοίτο R. 23. δεῖ καὶ R.

visus esset, et num aliquo eos damno affecisset? Tum illis „bona
 verba, o amice“ et „apage“ et „absit“ dicentibus, et praeterea suc-
 censentibus ipsi, adeo odiosa infaustaue prodigiose narranti, quid
 cogitaret ignorabat. Neque enim sibi ipse fidem derogare poterat de
 iis, quae recenter accidisse sciebat, et pudebat adversus tot viros
 diutius contendere, et quidem ita ipsum incusantes.

8. Hac itaque fere ratione utebantur, qui terrae motus ab exha-
 lationibus fumosisque spiritibus gigni censent. „Nam ille machinarum
 fabricator“, inquiebant, „cognita causa, unde terrae motus gigni con-
 tingit, similia effecit, et arte naturam est imitatus“, et dixerunt qui-
 dem aliquid, non tantum tamen ac putarant. Mihi enim haec talia
 elegantia quidem esse videntur, sciteque adinventae, nequaquam vero
 evidentes eorum, quae vere sunt, probationes. Neque enim quia ca-
 telli isti Melitenses per solaria incedentes ea et agitant et commovent,
 et quidem levissimo incesso, similem fere aliquis rem esse dixerit,
 atque hoc veluti idoneo documento utetur. Ceterum ludicrae illae
 machinationes nequaquam despicabiles aut inelégantes sunt censendae,
 defectuum vero terrae, aliae quaedam, (si modo etiam convenit,) quae-
 30 rēndae sunt causae. Siquidem neque hoc solum Anthemius in Ze-

- A. C. 557 μόνον Ἀνθέμιος ἐπὶ Ζήνωνι ἐμηχανήσατο, ἀλλ' ἄρα ὄγε κα-
 L. 131 τήστραψέν γε αὐτοῦ καὶ κατεβρόντησε τὸ δομάτιον. δίσκον
 D μὲν γάρ τινα ἐσόπτρον δίκην ἐσκευασμένον, καὶ ἡρέμα ὑπο-
 κοιλαινόμενον ταῖς τοῦ ἡλίου ἀντερείδων ἀκτίσιν ἐνεπίμπλα
 τῆς αἴγλης καὶ εἶτα μετὰ γων ἐφ' ἕτερα, πολλὴν ἀθρόον ἀν-5
 τῷ κατηκόντιζε λαμπηδόνα, ὡς ἀπάντων ἐφ' οὓς ἂν φέροιτο
 ἀμβλύνεσθαι τὰς ὄψεις καὶ σκαρδαμύττειν· συντρίψεις δέ
 V. 106 τινὰς καὶ ἀντιτυπίας σωματίων ἐπινοῶν βαρυηχοτάτων, κτύ-
 πους ἀπετέλει σφοδρούς καὶ βροντώδεις, καὶ οἶους ἐκπλήξαι
 τὴν αἴσθησιν, ὡς ἐκείνον μόλις γοῦν διαγνώττα ὄθεν ἕκασται
 γίγνεται, προκαλινδεῖσθαι ἀναφανδὸν ἀμφὶ τῷ πόδε τοῦ βα-
 σιλέως, καὶ κατηγορεῖν τοῦ γείτονος, ὡς κακοῦ καὶ ἀδικωτά-
 του· ὥστε ἀμέλει καὶ χάριέν τι ὑπ' ὄργῆς ἐπεφθέγγετο. ποιη-
 τικὰ γὰρ παρῶδει ξημάτια καὶ ἀνεβόα ἐπὶ τῆς συγκλήτου
 βουλῆς ὥσπερ εἰρωνευόμενος, ὡς οὐχ οἶόν τε αὐτῷ μόνῳ¹⁵
 γε ὄντι ἀνθρώπῳ κατὰ ταῦτόν ἅμα πρὸς τε Δία τὸν ἄστρο-
 P 152 πητὴν καὶ ἐρίγδουπον, καὶ πρὸς γε Ποσειδῶνα τὸν ἐννοσί-
 γαιον διαμάχεσθαι. καλὰ μὲν οὖν τῆσδε τῆς τέχνης καὶ αὐτὰ
 δῆπον τὰ ἀδύρματα· οὐ μὴν ἀνάγκη τὴν φύσιν ἐπεσθαι τοῦ-
 τοις καὶ ἐξισοῦσθαι. πλὴν ἀλλ' ἕκαστος μὲν ἐχέσθω καὶ τῶν-²⁰
 δε πέρη ὁποίας ἂν καὶ βούλοιο γνώμης· ἐμοὶ δὲ ἐς τὸν πρῶ-
 τερον λόγον ἐπανιτέα.

4. ἀντερείδων add. ex R. et Intpr. solis oppositum radiis. 11.
 τὰ πόδε R. 17. Ποσειδῶνα om. R. et Intpr., qui vertit in-
 cpte: et tetram ipsam concuscentem. ἐννοσίγαιον R., ἐννοσίγ.
 vulg. 21. ὁποίαν — γνώμην R.

nonem machinatus est, sed et fulgura et tonitrua in domum torstt. Discum enim in speculi speciem comparatum modiceque excavatum radiisque solis oppositum splendore implebat; ac deinde aliorum transferens, ingentem confestim in domum eiaculabatur splendorem, adeo ut omnium, in quos ferebatur, obtutum perstringeret atque obtunderet. Corporum etiam quorundam, quae valde essent sonora, collisiones complosionesque excogitans, immanes quosdam et tonitruo similes fragores edebat percullendo sensui aptos; adeo ut Zeno, cum aegre tandem intellexisset, unde singula fierent, palam ad pedes Imperatoris provolutus, vicinum accusarit ut improbum et accleratatum: adeo ut et gratiosum quoddam atque elegans dictum ira ipsi excuserit. Poëtici enim quibusdam verbis alludens coram senatu proclamabat, veluti per ironiam et cavillum: se, homo cum esset, non posse adversus utrumque pariter, Iovem fulminatorem et gravitonantem, et adversus Neptunum terrae concussorem pugnare. Pulchra quidem igitur sunt huiusce artis effecta, quantumvis ludicra; necesse tamen non est, naturam haec sequi iisque exaequari. Ceterum de his rebus quam quisque voluerit sententiam teneat; mihi vero ad priorem narrationem est redeundum.

9. Ἐκείνου μὲν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐν τοσούτῃ ἡ πόλις A. C. 557
 ἐτήγγανεν οὕσα, καὶ ἄπαντα ἐπὶ πλείστας ἡμέρας σείεσθαι πως I. L. 31
 εἶδοκεν τὸ ἔδαφος, καὶ ταῦτα ἀτρεμοῦν ἤδη καὶ πεπαυμένον.
 Ἐναυλον γὰρ ταῖς ψυχαῖς ὑπῆρχε τὸ πάθος, καὶ ὑποψία ἐν-
 5 ἔκειτο ὑποθολοῦσα τὸ λαγίζομενον. ὁ δὲ βασιλεὺς πολλὰ τῶν
 οἰκοδομημάτων τὰ μὲν σαθρὰ καὶ ἀσθενῆ γεγενημένα, ἐνιαυτῷ
 δὲ ἤδη καὶ καταπεπτωκότα, ἐπανορθοῦν ἐπειράτο. ἐπεφρόν-
 10 τιστο δὲ οἱ ἐς τὰ μάλιστα ὁ μέγιστος τοῦ Θεοῦ νεώσ· του-
 τον δὲ πρότερον ἐμπρησθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, σφόδρα περι-
 15 οφανῆ καὶ θαναμίσιον ἤλικον ἐκ βάρθρων αὐτῶν καὶ κρηπίδων
 ἀνδομήσατο, μεγέθους τε ὑπερβολῆ καὶ σχήματος εὐπρεπεῖα
 καὶ ποιμίλιᾳ μετᾴλων ἐπικοσμήσας ἤρειψε δὲ αὐτὸν ἐκ πλίν-
 θου ὀπιτῆς καὶ τιτάνου, πολλαχοῦ καὶ σιδῆρος συνδήσας, ξύ-
 λους τε ἥκιστα χρησάμενος, ὡς ἂν μηκέτι εὐκολώτατα πυρ-
 20 ἵπολοῦτο. Ἀνθέμιος δὲ ἦν οὗτος ἐκεῖνος, οὗ δὴ ἀρίτως ἐπε-
 μνήσθη, ὁ ἕκαστα μηχανησάμενος καὶ δημιουργήσας. τότε
 δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κλόνου τὸ μεσαίτατον μέρος τῆς ὄροφῆς
 καὶ ἄπαντα ὑπερβάλλον ἀποβεβληκότα, ἐπεσκεύασέ τε αὐτίς C
 ὁ βασιλεὺς βεβαιώτερον, καὶ ἐπὶ μείζον ὕψος ἐξῆρε· καίτοι
 25 Ἀνθέμιος μὲν ἐκπλείστον στεθνήκει, Ἰσίδωρος δὲ ὁ νέος καὶ
 οἱ ἄλλοι μηχανοποιοὶ τὸ πρότερον ἐν ἑαυτοῖς ἀναθεωρήσαν-
 τες σχῆμα, καὶ τῷ σωζομένῳ τὸ πεπονθὸς ὁποῦν τε ἦν καὶ

7. ἤδη καὶ R., καὶ ἤδη vulg. ἐπέων φρόντιστο R. pro ἐπεφρ.
 14. μηκέτι R. et Intpr. ne de cetero etc., μὴ vulg.

9. Per hanc enim hiemem hisce malis civitas premebatur, inco-
 lisque omnibus per multos dies concuti adhuc pavimentum videbatur,
 tametsi quietum iam sedatumque esset. Insederat enim hominum
 animis hoc malum, et suspicio in eis radices egerat, ratiocinationi
 tenebras offundens. Imperator vero multa aedificia, quae partim vitium
 fecerant, partim iam corruerant, instaurare adnitebatur. Praecipuae
 autem curae ipsi erat augustissimum illud Dei templum. Hoc vero
 antea a plebe succensum, valde conspicuum atque admirandum ab ipsis
 fundamentis iterato extruxerat, magnitudinisque excellentia et
 formae decore et varietate metallorum ornatius reddens; cinxit vero
 id ipsum ex latere cocto et calce, quae passim ferro inter se colliga-
 rat, lignis nequaquam usus, ne facillime conflagraret. Anthemius
 vero hic ipse erat, cuius paulo ante mentionem feci, qui singula et
 artificiose excogitabat et extruxerat. Tum vero mediam maxime
 ipsius tecti partem collapsam, quaeque altitudine omnia, quae corruer-
 rant, superabat, Imperator firmiorem reddidit, et in maiorem altitu-
 dinem sustulit. Atque Anthemius quidem iam dudum obierat. Isi-
 dorus autem iunior aliique fabricarum structores priorem in semetipsis
 formam contemplantes, et ex eo, quod integrum manserat, id quod
 affectum erat quale esset, quidque vitii habuisset cognoscetes,

- A. C. 537^{θς} δ, τι δῆπου ἡμάρτητο ἐπιφρασάμενοι, τὴν μὲν εἶδαν τε
 I. L. 31 καὶ ἔσπερίαν ἀψίδα οὕτω μένειν κατὰ χώραν ἐφῆκαν· τῆς
 δὲ ἀρκτείας τε καὶ νοτίας τὴν ἐπὶ τοῦ κυρτώματος οἰκοδομίαν
 πρὸς τὰ ἔνδον παρατείναντες, καὶ εὐρυτέραν ἡρέμα ποιησά-
 μενοι ὡς μᾶλλον ἀρμοδιώτατα ταῖς ἄλλαις συννευενέκαι, καὶ 5
 D ὁμολογεῖν τὴν ἰσόπλευρον ἀρμονίαν, περιστεῖλαι ταύτη δεδύ-
 νηται τὴν τοῦ κενώματος ἀμετρίαν, καὶ ὑποκλέψαι βραχὺ τὴ
 τῆς ἐκτάσεως μέρος, ὅποσον ἐτερόμηκες ἀπετελεῖτο σχῆμα,
 οὕτω τε ἐπ' αὐτῶν ἠδρασαν πάλιν τὸν ἐν μέσῳ ὑπερανέγοντα,
 εἴτε κύκλον, εἴτε ἡμισφαίριον, εἴτε ὀρθοῦν ὀνόματι παρ' 10
 αὐτοῖς ἐπικεκλημένον. καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν εἰκότως ἰθύτερος
 μὲν καὶ εὐεπίστροφος, καὶ πανταχόθεν τῇ γραμμῇ ἔξιςάζων,
 στενωτέρως δὲ καὶ ὀξυτενῆς, καὶ οἶος οὐχ οὕτω λίαν ἐκπλήτ-
 τειν τοὺς θεωμένους ὡς πάλαι, πολλῶν δὲ ὅμως πλέον ἐν τῷ
 ἀσφαλεῖ βεβηκέναι. ὧν μὲν οὖν ἔδει ἐν ξυγγραφῇ τοῦ νεώ 15
 P. 153 πέρι ἐπιμνησθῆναι, καὶ ἐφ' ἧ τῷ λόγῳ φορὰ ἔικετο ἀκο-
 λούθως περιαιγομένη, ταῦτα ἔμοιγε ἀποχρώντως ἐκδεδιῆγη-
 ται. ἐγκωμιάζειν γὰρ ἕκαστα τῶν τοῦδε θανμάτων καὶ ἐπιδει-
 κνίειν τῇ λόγῳ, περιττὸν ἂν εἶη καὶ οὐ τοῦ παρόντος ἰδίου ἔρ-
 γου. εἰ δὲ τις ἐθέλοι πόρρω που τυχὸν τῆς πόλεως ἀπρωκισμέ-20
 νος ἔπειτα γινώσκειν σαφῶς ἅπαντα, καθάπερ παρῶν καὶ
 θεώμενος, ἀναλεγέσθω τὰ Παύλῳ τοῦ Κύρου τοῦ Ωλεῖρου

9. αὐτῶν R. et Intpr. his — *aedificatis desuper*, αὐτῶ vulg. ἡ-
 δρασαν emend. Cl., ἠδρασαν R. et vulg. 10. ὀρθοῦν τῷ R.
 13. στενωτέρως R. et vulg. δὲ om. R. 19. περισσομένη R.
 22. τοῦ ante Κύρου add. ex R. Φλόρου R., Φόρου Lugd. et
 ed. pr.

fornicem orientalem et occidentalem suo ut erat loco reliquerunt, septentrionali vero et australi, quae super curvaturam erat structuram, introrsum porrigentes, pauloque latiorefficientes, ut quam aptissime cum aliis quadraret, aequilateramque compagem prae se ferret, eaque ratione vacuitatis nimietatem coarctare possent, et exiguam aliquam extensionis partem detrahare, in quantum diversae longitudinis figura efficeretur. Atque ita desuper firmarunt, qui in medio est positus, sive orbem, sive hemisphaerium, sive alio quocunq; nomine ab ipsis appellatur. Factusque inde est verisimiliter directior quidem facileque versatilis, omnique ex parte ad amissim quadrans; angustior vero et in acutum tendens, quique non ita valde percellat spectatores, ut olim, multo vero tutius obfirmatus. Quorum itaque oportebat in historia de templo meminisse, et ad quae ipsa narrationis series consecutaneae circumacta pervenerit, ea mihi abunde satis sunt explicata. Laudare enim singula, quae in eo sunt admiranda, et oratione persequi, supervacaneum fuerit, neque huius operis proprium. Si quis autem voluerit procul fortassis ab urbe degens aperte cognoscere omnia, veluti praeacens et spectans, perlegat quae Paulus Cyrē

ἐν ἑξαμέτροις πεπονημένα, ὃς δὴ ταπρῶτα τελαῶν ἐν τοῖς A. C. 557
 ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς ἐπιστάταις, γένους τε κοσμούμενος I. I. 31
 δόξῃ καὶ πλοῦτον ἄφθονον ἐκ προγόνων διαδεξάμενος, ὅμως V. 107
 παιδεία γὰρ αὐτῷ καὶ λόγων ἄσκησις διεσπούδαστο καὶ ἐπὶ
 5 τοῖσδε μᾶλλον ἤρχει καὶ ἐσεμνύετο. καὶ τοίνυν πεποιήται οἱ
 καὶ ἄλλα ὡς πλεῖστα ποιήματα μνήμης τε ἄξια καὶ ἐπαίνου, B
 δοκεῖ δέ μοι τὰ ἐπὶ τῷ νεῷ εἰρημένα μελζονός τε πόνου
 καὶ ἐπιστήμης ἀνάπλασκα καθεστάναι, ὅσῃ καὶ ἡ ὑπόθεσις θαυ-
 μασιωτέρα. εὐρήσεις γὰρ ἂν ἐν αὐτοῖς τὴν ὅλην τῆς θέσεως
 10 ἐουκομίαν, καὶ τὰς τῶν μετάλλων φύσεις λεπτότατα κατεξή-
 τασμένας, τῶν τε προτεμενισμάτων τὸ εὐπρεπὲς ἅμα καὶ ἀναγ-
 καῖον, μεγέθη τε καὶ ὑψώματα, καὶ ὅσα ἰθὺγραμματα σχή-
 ματα καὶ ὅσα κυκλικὰ, καὶ ὅσα ἐκκρεμῆ καὶ προτεταμένα,
 γνοίης δὲ ἂν ἐκ τῶν ἐπῶν καὶ ὅπως ἀργύρῳ τε καὶ χρυσῷ
 15 τὸ ἱερώτερον χωρίον καὶ τοῖς ἀπορρήτοις ἀποκεκριμένον, πο-
 λυτελέστατα καταπεποίκιλται, καὶ εἴ τι ἄλλο πρόσεστι μέγα ἢ
 ἐλάχιστον γνώρισμα, οὐ μείον ἢ οἱ θαμὰ ἐν αὐτῷ περιπάτους C
 ποιούμενοι καὶ ἅπαντα διασκοποῦντες. ἀλλὰ γὰρ ἦδε μὲν ἡ
 δευτέρα τοῦ νεῷ ἐπισκευὴ καὶ ἀνόρθωσις ὀλίγῳ ὕστερον
 20 χρόνῳ ἀπείργασται καὶ ξυνετελέσθη.

1. Ἐκεῖνον δὲ τοῦ ἔτους ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ ἡ λοιμῶ-A. C. 558
 2. θῆς νόσος αὐθις τῇ πόλει ἐνέπεσε, καὶ μυρία διέφθειρε πλή-I. I. 32

1. τοῖς ἀμφὶ R., τοῖς τῆς ἀμφὶ vulg. 4. παιδίε R. 7. δέ
 μοι R., μοι δὲ vulg.

Flori fillus hexametris versibus conscripsit, qui quidem primicerius
 existens regionum silentiariorum, et generis gloria clarus, amplissimas-
 que a maioribus suis opes adeptus, et doctrinae tamen eloquentiaequae
 magnam operam impenderat, quibus et magis gloriabatur et decora-
 batur. Scripsit itaque etiam, alia quamplurima poemata memore
 digna et laude. Videntur autem mihi quae de templo scripsit, tanto
 maiore et labore et scientia referta, quanto et argumentum ipsum
 est admirabilius. Comperies enim in iis universum situs concipi-
 naeque dispositionis ordinem et metallorum naturas subtilissime ex-
 ploratas; vestibulorum etiam templi elegantiam pariter et utilitatem,
 magnitudines quoque et altitudines, quotquot etiam sunt figurae in
 altum directae, et quotquot orbiculares, quotquot etiam pensiles et
 protensae. Cognoveris quoque e carminibus, quo pacto argento pari-
 ter atque auro sacratiores loci et mysteriis separatim destinatus sum-
 ptuosissime sit exornatus, et si quod est aliud magnum aut mini-
 mum ornamentum, nihilo minus, quam qui crebro in eo obambulant
 omniaque insperant. Atqui secunda haec templi refectio atque in-
 stauratio brevi post tempore instituta perfecta est.

10. Eodem vero anno statim ineunte vere pestilentia iterum
 urbem invasit, et infinitam multitudinem sustulit; quae quidem non-

A. C. 558 θη, λήξασα μὲν ἐς τὸ παντελὲς οὐδ' ὀπωσιουῶν, ἐξ οὗ δὴ
 1. I. 32 τὴν ἀρχὴν, φημὶ δὴ κατὰ τὸ πέμπτον ἔτος τῆς Ἰουστινιανοῦ
 βασιλείας, ἐν τῇ καθ' ἡμῶς εἰσηγήθησεν οἰκουμένη. μεταβῶσα
 δὲ πολλάκις μεταξὺ ἄλλοις ἄλλοθι, καὶ τόποιον ἐκ τόπου λυ-
 D μνημαμένη, καὶ ταύτῃ τοῖς λειπομένοις ἀνακοχῆς τινας μετα-
 5 δοῦσα, τότε δὴ οὖν πάλιν ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανῆκεν, ὥσπερ,
 οἶμαι, τὸ πρότερον ἐξηπατημένη, καὶ θῶπτον δῆπον τοῦ
 δέοντος ἐνθὲνδε ἀπαλλαγείσα. ἔθνησκον τοιγαροῦν πολλοὶ ἐξ-
 10 απιναίως καθάπερ ἀποπληξία ἰσχυρᾷ κάτοχοι γεγεννημένοι· οἱ
 δὲ γε πλεῖστον διαρκουῦντες μόλις πεμπταῖοι ἀπόλλυντο. ἦ
 δὲ τῆς νόσου ἰδέα παραπλησία τῇ πρεσβυτέρῃ ἐτύγγανεν οὖσα.
 πυρετοὶ γὰρ ἐπὶ βουβώσιν ἀνήπτοντο συνεχεῖς καὶ οὐκ ἐφῆ-
 15 μεροι, οὐδὲ μετρίως γοῦν ἐποχαλῶντες, μόνῃ δὲ τῇ τελευτῇ
 τοῦ ἀλόγτος ὑποπαύομενοι. ἔνιοι δὲ μήτε θέρμης ἠγησαμένης,
 μήτε ἄλλου ἀλγῆματος, ἀλλὰ δρωῶντες ἐπὶ τὰ εἰθισμένα, οἱ-15
 P. 154 κοί τε καὶ ἀνὰ τὰς λεωφόρους οὕτω παρασχὸν κατέπιπτον,
 καὶ ἀθρόον ἄπνοι ἐγίνοντο, ὥσπερ τὸν θάνατον σχεδιάσαν-
 20 τες καὶ ἅπανα μὲν ἡλικία χύδην ἐφθείρετο, μάλιστα δὲ τὸ
 ἀκμᾶζον τε καὶ ἡβᾶσκον, καὶ ἐν τούτῳ πλέον οἱ ἄρῆνες τὸ
 γὰρ δὴ θῆλυ οὐ μάλα ὅμοια ἔπασχε. τὰ μὲν οὖν παλαιάτατα
 25 τῶν Αἰγυπτίων λόγια, καὶ οἱ παρὰ Πέρσαις ἐπὶ τῆς τῶν με-
 τεώρων κινήσεως δαημονέστατοι, χρόνων τινῶν περιόδους ἐν

1. δὴ om. R. 6. πάλιν ἐς τ. B. R., ἐς τ. B. πάλ. vulg.
 8. πολλοὶ add. ex R. et. Inpr. quam multi, 9. ἰσχυρᾷ —
 παραπλησία om. R. 13. τελευτῇ excidit in Par.

quam penitus cessarat, ex quo primum, circa quintum, inquam, im-
 perii Iustiniani annum, in nostrum orbem irreperat; frequenter
 vero alio atque alio se transferens, et locum e loco infestans, atque
 ita reliquis veluti inducias quasdam concedens, tum rursus Byzan-
 tium rediit, veluti antea, uti crediderim, decepta, quaeque citius,
 quam oportebat, inde migrasset. Mortui itaque sunt repente veluti
 gravi quadam apoplexia correpti. Qui vero plurimum vim morbi
 sustinebant, ultra quintum diem non supervivebant. Morbi autem
 species veteri erat persimilis. Febres enim cum bubonibus accen-
 debantur continuae, et non quotidianae, neque vel modicum remit-
 tentes, sed solo eius, quem corripuerant, interitu cessantes. Nonnulli
 vero neque aestu febrili, neque alio dolore praecedente, sed quae
 consueverant agentes et domi et in plateis, ita cogente necessitate
 corruerant, repente exanimis facti, veluti ex temporaria morte
 accersita. Cuiusvis itaque aetatis homines promiscue interibant,
 praecipue vero iuvenes ac puberes, atque ex his potissimum mares:
 feminae enim non perinde hisce malis erant obnoxiae. Vetustissima
 itaque Aegyptiorum oracula, et qui apud Persas coelestium motuum

τῷ ἀπειρῷ αἰῶνι συμφέρεσθαι λέγουσι νῦν μὲν ἀγαθὰς καὶ A. C. 558
 εὐδαίμονας, νῦν δὲ μοχθηρὰς καὶ ἀποφράδας, εἶναι τε τὴν I. I. 32
 παρούσαν περιφορὰν ἐκ τῶν κακίστων ἐκείνων καὶ ὑπαισίων
 ἐντεῦθεν τοιγαροῦν πολέμους τε ἀπανταχοῦ ξυνίστασθαι καὶ B
 5 ὀτάσεις ταῖς πόλεσι, καὶ τὰ λοιμώδη πάθη μόνιμά τε εἶναι
 καὶ συνημμένα. ἑτεροὶ δὲ ὀργὴν τοῦ κρείττονος αἰτίαν εἶναι
 φασὶ τῆς φθορᾶς, μειοῦσαν ἀξίως τὰ τοῦ ἀνθρωπείου γέ-
 νους ἀδικήματα, καὶ τὸ πλῆθος ὑποτεμνομένην. ἐμοὶ δὲ διαι-
 τῶν ἑκατέρῃ δόξῃ καὶ ἀποφαίνεσθαι τὴν ἀληθεστάτην οὐκ
 10 ἐγχειρητέα, τυχὸν μὲν οὐδὲ ἐπισταμένῳ, τυχὸν δὲ, εἰ καὶ εἰ-
 δεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖον τοῦτό γε εἶναι δοκοῦν, οὐδὲ τῷ
 παρόντι λόγῳ προσῆκον· μόνον γάρ μοι τοῦ συμβεβηκότος εἶ
 καὶ διὰ βραχέων ἐπιμνησθέντι, ὃ τῆς ἱστορίας ἐκτεθεράπευ-
 ται νόμος.

15 *ια*. Τούτων δὲ οὕτω ξυνεγεχθέντων, ἐπεγένετο καὶ ἄλλα
 ἄττα τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ταραχῆς τε καὶ θορύ- C
 βον ἀνάμμεσα, καὶ οὐχ ἦσσαν τῶν εἰρημένων ἀνιαρότατα.
 ὅποια δὲ ταῦτά ἐστιν, αὐτίκα ἐρῶ, βραχύ τι πρότερον διεξ-
 ελθὼν τῶν ἀρχαιοτέρων. οἱ Οὐννοι τὸ γένος, τὸ μὲν παλαιὸν
 20 κατατόκον τῆς Μαιώτιδος λίμνης τὰ πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον,
 καὶ ἦσαν τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ ἀρκικώτεροι, καθάπερ καὶ V. 108
 τὰ ἄλλα βάρβαρα ἔθνη, ὅποια ἐντὸς Ἰμαίου ὄρους ἀνὰ τὴν
 1. ἀγαθὰς R., ἀγαθούς vulg. 2. μοχθηρὰς R., μοχθηροῦς
 vulg. 10. εἰ om. R. 11. οὐκ superscriptum in R. a rec.
 m. 17. ἀνιαρότατα R. 22. Ἰμαίου R.

sunt peritissimi, temporum quorundam revolutiones in infinito aevo simul ferri asserunt, modo quidem bonas ac felices, modo autem pravas et infaustas: esse vero praesentem revolutionem ex pessimis illis atque infaustis. Hinc ergo et bella passim et seditiones urbibus oriri atque invalescere, et pestilentes morbos per multum tempus durare atque adhaerescere. Alii vero interitus causam ad divinam iram referunt, quae humani generis peccata puniat, multitudinemque succidat. Me vero de utraque opinione iudicare verioremq; decernere nihil attinet, vel quod nesciam fortasse, vel, etiamsi forte sciam, parum tamen necessarium id censeam, neque praesentium tractationi consentaneum. Si enim breviter quae acciderunt commemoravi, historiae legi satisfeci.

11. Haec vero cum ita accidissent, alia etiam quaedam per id tempus in urbe evenerunt tumultus ac perturbationis plena, neque minus, quam quae diximus, acerba. Qualia autem haec fuerint, statim dicam, si prius breviter vetustiora quaedam commemoravero. Hunnorum gens olim quidem habitavit circa eam Maeotidis paludis partem, quae subsolanum ventum versus spectat, erantque Tanai flumine magis septentrionales; quemadmodum et aliae barbarae nationes, quotquot intra Imaum montem in Asia conederunt. Hi vero omnes

- A. C. 558 Λαίαν ἐτύγγανον Ἰδρυμένα. οὗτοι δὲ ἅπαντες κοινῇ μὲν Σκύ-
 L I 3^a θαι καὶ Οὐννοι ἐπωνομάζοντο· ἰδίᾳ δὲ κατὰ γένη, τὸ μὲν τι
 αὐτῶν Κοτριγούροι, τὸ δὲ Οὐτίγούροι, ἄλλοι δὲ Οὐλτίζουροι,
 D καὶ ἄλλοι Βουρούγουνδοι· καὶ ἄλλοι ὡς ἂν αὐτοῖς πατέριόν τε
 ἦν καὶ εἰθισμένον. γενεαῖς δὲ πολλαῖς ὕστερον διέβησαν ἐς τὴν⁵
 Εὐρώπην, εἴτε ὡς ἀληθῶς ἐλάφον τινὸς κατὰ τοῦτο δὴ τὸ
 θρυλλούμενον τακρῶτα ἠγησαμένης, εἴτε καὶ ἀλλοίᾳ χρυσά-
 μενοι τύχη, καὶ τὴν ἐκροὴν τῆς λίμνης τὴν ἐς τὸν Εὐξείνον
 Πόντον φερομένην, ἄπορον τέως δοκοῦσαν, τότε δὴ διωρῶν
 τρόπῳ διαπεραιωθέντες, ἀλώμενοι δὲ ὁμῶς ἀνὰ τὴν ὀθνείαν,¹⁰
 πλεῖστα ὅσα τὸ ἰθαγενὲς ἐλυμήναντο, ἀπροσδόκητα προσπε-
 σόντες, ὡς καὶ, τοὺς προτέρους οἰκήτορας ἀπελάσαντες, αὐτοὶ
 τὴν ἐκείνων κατέχειν. ἤμελλον δὲ ἄρα οὐκ ἐπὶ μακρότατον
 διαμένειν, ἀλλὰ προῖξοι τὸ λεγόμενον ἀπολείσθαι. αὐτίκα
 P. 155 γούν Οὐλτίζουροί τε καὶ Βουρούγουνδοι μέχρι μὲν Λέοντος¹⁵
 τοῦ αὐτοκράτορος καὶ τῶν ἐν τῷ τότε Ῥωμαίων γνώριμοί τε
 ἐπῆροχον καὶ ἄλκιμοι εἶναι ἐδόκουν· ἡμεῖς δὲ οἱ νῦν οὔτε ἴσμεν
 αὐτούς, οὔτε, οἶμαι, εἰσόμεθα, τυχὸν μὲν διαφθαρέντας, τυχὸν
 δὲ ὡς πορῶσάτα μεταναστάντας. ἐκείνου γε μὴν τοῦ ἔτους,
 ἐν ᾧ δὴ ἔφην τὴν λοιμώδη νόσον τῇ πόλει ἐνσκήψαι, τὰ λοιπὰ²⁰
 τῶν Οὐννων γένη ἐσώζετο, καὶ ἦσαν ἔτι ὀνομαστότατα. κα-
 3. Κοτριγούροι et Οὐτίγούροι R., Κοτριγούροι et Οὐτίγούροι
 vulg. 8. τῆς om. R. 9. οὐν ins. R. post δὴ; fort. οὐν διωρῶν.
 15. Οὐλτίζουροι R. et vulg.; Utlizuri Intrpr. 18. οἶμαι add.
 ex R. διαφθαρέντες et μεταναστάντες R. 21. ἐσώζε-
 το R., ἐσώζοντο vulg.

communiter quidem Scythae et Hunni vocabantur; privatim autem secundum nationes, nonnulli eorum Cotriguri, alii Utiguri, alii vero Ultizuri, alii etiam Burugundi dicebantur, alii aliter ex patria cuique atque usitata appellatione nominabantur. Multis autem postea seculis transierunt in Europam; sive revera a cervo quodam, ut fama percrebuit, primum ducti, sive alia quapiam fortuna usi, et Moeotidem paludem, qua parte in Euxinum pontum fertur, cum antea traici nequaquam posse crederetur, tunc certe quocumque tandem modo traicientes, et per aliena vagantes, innumeris damnis indigenas affecerunt, inopinato eos adorti; adeo ut, prioribus habitatoribus eiectis, ipsi illorum ditionem occuparint, in qua tamen non videbantur diutissime commoraturi, sed stirpitus, quod aiunt, perituri. Tunc itaque Ultizuri et Burugundi usque ad Leonem Imperatorem et qui per id tempus erant Romanos, celebres exstitere, fortesque sunt habiti: nos vero, qui hac aetate vivimus, neque eos novimus, neque noscimus, quod vel deleti fortasse sint, vel quam remotissime hinc sedes suas transtulerint. Illo utique anno, quo pestilentia urbem invasit, reliquae Hunnorum gentes salvae adhuc et maximi erant nominis. Cum itaque descendissent Hunni in loca ad austrum vergentia, non pro-

τιόντες δὲ ὄμως οἱ Οὐννοὶ ἐς τὰ πρὸς νότον ἄνεμον, οὐ πόρ- A. C. 558
 ῶ τῆς ὄχθης τοῦ Ἰστρου ποταμοῦ ἠύλιζοντο, ἥνίκα ἦν αὐ- I. 1. 3a
 τοῖς βουλομένοις. τότε δὴ οὖν τοῦ χειμῶνος ἐπιλαβομένον, τὰ
 μὲν ῥεῖθρα τοῦδε τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὸ εἰωθὸς ὑπὸ τοῦ κρύου
 5 ἐπήγγυτο ἐς βάθος, καὶ ἦσαν ἤδη σκληρὰ καὶ βάσιμα καὶ ἰπ-
 πήλατα. Ζαβεργὰν δὲ ὁ τῶν Κοτριγούρων Οὐννων ἡγεμῶν B
 σὺν πλείστοις ὄσοις ἰππόταις ἐπιδραμῶν καθάπερ χέρσον τὰς
 δῖνας, ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν εὐκολώτατα διαβαίνει-
 ῥημα τε εὐρῶν τὰ ἐκείνη χωρία, καὶ μηδενὸς αὐτῷ κωλύ-
 10 ματος γιγνομένου ἀνὰ τὰ πρόσω πορευομένου, αὐτίκα ὕγε Μυ-
 σιάν τε καὶ Σκυθίαν παραμειψάμενος, τῇ Θρακίᾳ προσέβαλεν.
 ἐνταῦθα δὲ διελὼν τὸν οἰκεῖον στρατὸν, ἀπόμοιραν μὲν τινα
 ἔστειλεν ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, καταδραμουμένους τὰ ἀφύλακτα τῶν
 τῆδε χωρίων καὶ λεηλατήσοντας· ἑτέρους δὲ ἐς τὴν Χερσόνη-
 15 σον τὴν Θρακίαν.

ιβ. Τῆσδε δὲ τῆς Χερσονήσου τὰ μὲν πρὸς ἀνίσχοντα
 ἤλιον νενευκότα καὶ εὐρόνοτον ἄνεμον, καὶ μέχρι τοῦ με- C
 σημβρινοῦ κέντρον τῷ Ἑλλησπόντῳ παρατείνεται. περιῶρεῖ
 γὰρ σχεδὸν τι ἅπασαν, καὶ ταῖς καμπαῖς τῶν ἡίωνων συμ-
 20 ποριάζεται βραχεῖ τιμὴ μέρει τῆς ἡπείρου, καὶ μόνοις τεσ-
 σαράκοντά που σταδίοις εἰργόμενος τοῦ νῆσον αὐτὴν ἀπερ-
 γάσασθαι. ἐν τούτῳ δὲ τῷ ἰσθμῷ τεῖχος ἑκταδὸν ἴδρουται

4. τοῦδε add. ex R. et Intrp. *huius fluminis*. 6. Ζαβεργὰν R. in
 mg. et Intrp., Ζαβεργὰν R. in ord., Ζαμεργὰν vulg. 11. προσ-
 ἔβαλλεν R. 14. Pro χωρίων R. in mg. πεδίων. 15. Τρακίαν
 sph. Par. 16. τῆς del. R. 2. m.

cul a ripa Istri fluminis ex animi sui sententia considerunt. Tum
 itaque vigente hieme fluvius ex more vi frigoris congelatus, ad imum
